Sermones Babrie lis Barelete de sanctis.

¶ Tomus secundus ser monum admodum reuerẽdi patris ac cõsummatissimi diuini verbi declama toris fratris Babrielis Barelete: cele berrimi sacre pagine professoris vene randi ordinis predicatorum: comple ctens diligenter emendatos: et sue nu per integritati restitutos.

Sermones

De tempore
- Aduentus.
- Ascensionis.
- Pentecostes.

De sanctis: de quot ⁊ quib⁹: ⁊ quo di gestis ordine studiosis lectoribus tabu lam in proxime sequenti pagella posi tam voluentibus patebit.

¶ Adiecta est in huius secũde partis fine locupletissima tabula alphabetica elemẽtorum serie distributa omnia sci tu digna diligenter explicans.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tabula sanctuarij.

¶ Primo in festo ascensionis domini.de eadem materia. fo.ij.
In festo pentecostes de missione spiritussancti. fo.iiij.
Feria.ij.pentecostes.de dignitate anime. fo.vij.
Feria.iij.pente.de cognitione gr̃e spiritussancti vel predestinati. fo.x.
In festo sancti Joan.bap.de eodem. fo.xiiij.
In festo beatorum Petri ⁊ Pauli.de eisdem. fo.xvij.
In festo.s.Dominici patris nostri.de eodem. fo.xix.
In festo.s.Thome doctoris angelici.de eodem. fo.xxij.
In festo.s.Uinc.ord.p̃di.an hō possit ex meritis suis glificari. f.xxvij.
In festo.s.seraphice Catharine seneñ.de eadem. fo.xxix.
In festo.s.Micha.archā.de custodia ⁊ excellētia angelorū. fo.xxxij.
In festo.s.Aplorū Simonis ⁊ Jude.de prouidentia dei. fo.xxxvj.
In festo omniū sanctorū.de gloria sctōrū vel de gloria paradisi. fo.xl.
In cōmemoratione defunctorum.de eorum suffragijs. xl.
In festo.s.Martini episcopi.de victoria suiipsius. fo.xlj.
In festo.s. Catharine martyris.de eadem. fo.xliij.
In festo.s.Andree apostoli.de dignitate apostolica. fo.xlvij.
In festo conceptionis:sed potius sanctificationis.b.M. fo.lj.
In festo.s.Thome apostoli.de fide sermo magnus. fo.lv.
In festo natiuitatis domini. fo.lv.
In festo.s.Stephani de aduersa fortuna vel de constantia. fo.lix.
In festo.s.Joannis euangeliste.de eodem. fo.lxij.
In festo Sanctorum Innocentium.de virginitate. fo.lxvj.
In festo.s.Tho.Cantua.martyris.de necessitate boni opis. fo.lxix.
In festo.s.Siluestri pape.de honore sacerdotum. fo.lxxij.
In festo circuncisionis domini.de eadem. fo.lxxv.
In festo epiphanie domini.de eadem. fo.lxxviij.
In festo purificationis beate Marie.de eadem. fo.lxxxj.

¶ Sermones extrauagantes.

Sermo de paucitate saluandorum. fo.lxxxiij.
Sermo de flagellis vel ira Dei. fol.lxxxvij.
Sermo de chorcis. fo.xc.

¶ Sermones de aduentu.

Dominica prima aduētus.de cōueniētia incarnatiōis xp̃i. fo.xciij.
Dominica.ij.aduentus.de iudicio vniuersali. fo.xcvj.
Dñica.iij.aduentus.de iudicio temerario vel suspitione. fo.xcvj.
Dñica.iiij.aduentus.de receptione spūali messie Jesu xp̃i. fo.xcvij.
Duo prologi communes. fo.c.⁊.cj.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶In aſcenſione domini.

Exaltata eſt magnificentia tua ſup celos deus. In ps.8. ¶Ad exaltationẽ:laudẽ z cõmẽdationez diuine iuſtitie cõuenit ſublimare ſup celos in vita beata illos q̃ in mũdo iſto ſe humiliauerunt amore ſui.j. Pet.v. Humiliamini ſub potẽti manu Dei: vt vos exaltet in tẽpore viſitationis.z Luc.j. Exaltauit humiles. Jaco.iiij. Humilib⁹ dat gratiã. Chriſt⁹ ſe humiliauit p paſſionẽ. Ad phil.ij. Semetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens in ſimilitudinẽ hoim factus:z habitu inuẽt⁹ vt hõ. Humiliauit ſemetipſuz factus obediẽs vſq̃ ad mortem:mortẽ aũt crucis. Ideo meruit ſublimitatẽ aſcẽſionis ſui corporis. Uñ Berñ. ſermone hodierno. Nam cũ ſe dominuz vniuerſorum que ſunt in terra et in mari:z in inferno ꝓbaſſet filiꝰ dei:nõ reſtabat:niſi vt aeris z celorum ſe dominũ eſſe cõprobaret. Terra cognouit: qz ad vocẽ eius Lazarum mortuũ reddidit. Mare cognouit:quia ſolidũ ſe ſub pedibus eius prebuit. Infernus cognouit:cui⁹ ipe portas ereas fregit:z inſatiabilem homicidam ligauit.ad perficiendam igitur dñi ieſu fidei noſtre integritatem reſtat vt videntibus diſcipulis per medium aeris tanq̃ dñs aſcẽdas ſuper omnes celos:z iam tibi profecto debebitur:vt in nomine tuo omne genu flectatur. Alle. Unde ps.xlvj. Aſcendit deus in iubilatione:z domin⁹ ꝛc.ſuper quo Auguſt. Aſcendẽte chriſto mirantur aſtra:plaudunt agmina: tube ſonant:z in cũctis blanda modulamina chori emittunt. Alle. Elevata eſt magnificentia ꝛc. De qua triũphanti aſcenſione tria ad ei⁹ commemorationẽ videbimus im preſentiarum.

Primum dicitur congruitatis.
Secundum dr modalitatis.
Tertium dicitur iucunditatis.

¶Primũ dr ꝛc.vtrũ fuit queniẽs xp̃m hodie ſup oẽs celos aſcendere? Rñdet tho.iij.per.q.vij.arti.j. q̃ ſic. Et hoc per quinq̃ rõnes.

Prima propter loci proportionez.
Secunda propter fidei noſtre informationem.
Tertia propter charitatis promotionem.
Quarta propter triumphalẽ aſcẽſionem.
Quinta propter noſtram propiatiationem.

¶Prima propter ꝛc. Cõcluſio eſt phi.iiij. phy. Qđ loc⁹ dz eſſe proportionatus locato. Exempli gratia in corpore humano:quia oculi ſunt nobiliores inter quinq̃ ſenſus:ideo nobiliorem z altiorẽ obtinent locum. Preterea in corpibus celeſtib⁹ nobili⁹ eſt celũ empyreũ: ideo ceteris eſt alti⁹. Preterea in hominib⁹ hic eſt ordo. Papa nobiliorem tenet locũ: qz eſt pſona nobilior cardinalibus:et cardinales ſuper oẽs epos: et epiſcopi ſuper omnes religioſos. Et rex ſup oẽs dominos tẽporales: locus et locatũ debẽt eſſe ꝛc. Ad ꝓpoſitũ nr̃m. Locus in quo ſumus in hac nr̃a infima inſtabili et breuiſſima vita:eſt locus miſerie z calamitatis. Chriſtus ieſus poſt ſuam reſurrectionẽ nouã inchoauit vitã: qz de mortali fact⁹ eſt immortalis. De paſſibili fact⁹ eſt impaſſibilis. vñ apoſtolus ad Roma vj. Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iaz nõ moritur: mors illi vltra nõ dñabitur. Vita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

presens est miserie. Illā excellēte xpi naturā sedem honorificentissimam decet: qr vt dictū est. Locus debet esse ꝛc. vita hec nō erat ei locus conueniens cum sit oibus miseriis plena. Aug. i valle sumꝰ miserie in qua magis flenduz est: eo qđ minus flemus. Et Lactā. in iij. c. xij. Hec vita p̄sens beata esse nō pōt: qr multis malis subiecta est p corpus: de quibꝰ malis Job iij. Homo natꝰ de muliere ꝛc, vsq; miseriis. quas miserias ostendit puer de vtero matris egrediens q̄ quatuor p ordinē facit. Prio plangit. Augu. Nōdum loquitur ꝛ plorat. Sapiē. vij. primā vocem similem omnibus emisit plorans. Excepto zoroastre q̄ teste Solino primo risisse fertur. In huiꝰ figuraz Christus non fleuit mortuū Lazarum: sed ipsum ad vitam perducens. Secundo puer mor manuz ad os mittit. Ad innuendum qđ ad miserias huius mundi venit propter peccatum factum in ore primoz parētum quādo comedērūt pomū. Tertio nascitur curuus ꝛ quasi in quatuor pedibꝰ. Ad innuendū qđ cōparatus est iumentis. Quarto ad partē inferiorē: qr ibi caro cōtra se rebellauit. Cū ergo hic nō sit aliud q̄ lachrime: dolores: varietates: infirmitates. Jō hoc presepe nō conueniebat xpo gloriosо. Sed qualis locꝰ ei⁹? rndeo qđ celū empyreū vbi est sedes regalis sua. Uñ fuit cōueniens hac rōne ip̄m ascendere hodie cōpleto numero quadragenario: sed forte dicis. Cur nō ascendit statim post resurrectionē suā: sz p dies. xl. moratus est? rndeo q̄ hoc est actum duplici rōne. ¶ Primo rōne certificationis. Difficilius erat p̄bare veritatem resurrectionis q̄ veritatem mortis. Tempus enim triū dierum fuit sufficiens tp̄s p̄batiōnis mortis eius: sed ad verā resurrectionē p̄bādā maiꝰ tp̄s requirebatur: ꝛ iō nō mirū si nō statim vt resurrexit ascendere voluit: sed expectare ad informandū eos bene de veritate resurrectionis eius. vñ Act. j. dicitur. quibus scz ap̄lis prebuit seipsum viuum post passionē suā in multis argumentis p dies xl. apparens eis ꝛc. ¶ Scđo rōne consolationis fleuit mater eius iuxta crucem. Canta. Joan. xix. capi. Stabat autem iuxta crucez mater eius. ꝛ Bernar. dicit qđ tm̄ fleuit: tantum se macerauit qđ nō poterat se sustinere: fleuit magdalena. Fleuerunt apostoli ꝛ omnes deuoti Jesu xpi. Debebant ergo cōsolari: quia vt dicitur in p̄s. fm̄ multitudinē dolorum meorum cōsolationes ꝛc. et. ij. Cor. j. Sicut abūdāt passiones xpi in nobis: ita ꝛ p xp̄m abūdat ꝛ ꝓsolatio nostra. Debebāt ergo consolari: ꝛ qr ip̄m fleuerāt mortuū in sepulchro per horas. xl. quibus iacuerat. Jō eos voluit cōsolari per dies. xl. sua corporali p̄ntia eis apparens. Unde ptz prima rō de sua congruitate. Bñ dr. Eleuata est ꝛc. ¶ Scđo ratione ꝛc. Cōclusio est doctorum q̄ plus est meriti apud deum credere ꝛ habere fidem de non visis q̄ de visis de quibꝰ est cognitio. Ergo. Fides nō habet meritum vbi humana ratio prebet experimentum. Asculanus. Ibi fides non hz meritū salutare vbi humanus intellectꝰ inq̄rit rōnē. Tacēda est diuinarū reuelationū cā. Ad propositum. Ex hoc em̄ qđ xp̄s celū ascēdit: fides nostra est magis meritoria q̄ si nō ascendisset. Ratio hec est. Quia q̄uis in videntibus xp̄i humanitatē esset fides: vt i ap̄lis ꝛ alijs scis hoibꝰ; nō q̄dem de hu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manitate quã videbant: sed dei di uinitate quã nõ videbant. Tamẽ maior est fides credere diuinitatẽ z humanitatem xp̃i nõvisam ꝙ so lum diuinitatez. Ex hoc audacter dico qõ fides nr̃a est maior extẽsi ue ꝙ fuerit fides ap̃lorum: ꝙuis ítẽ siue fuerit maior fides ap̃lorum. quõ hoc ꝓbas p̃? Probo sic. Ap̃li viderũt xp̃m in carne: cũ ip̃o bibe rũt: comederũt: dormierũt: miracu la viderunt zc. Nos: aũt nõ sic: z th credimus diuinitatẽ z humanita tem simul quã ap̃li nõ habebant. Unde xp̃s tho. Joã. xx. Quia vidi sti me Thoma credidisti: sed dico tibi. Beati qui zc. Ex hoc dicũt do ctores qõ fides latronis fuit lau dabilior ꝙ fides petri qui viderat miracula facere cecos zc. Sed la tro nulla miraculavidit: nec aliqd ab eo gestum tamen in cruce posi tus fide roboratus qõ esset deus z hõ: exclamauit. Canta. Memen to mei dum veneris in regnũ tuũ. Cui responsum est. Hodie mecuz eris zc. O fides sancta latronis: tunc ipse acquisiuit: quando apo stoli eam amiserunt. Et ꝓpter hãc rõnem dicit xp̃s Joã. xiiij. qui cre dit in me opa que ego facio z ip̃e faciet: z maiora horũ faciet. Glos. Aliqui sancti maiora miracula fe cerunt ꝙ ipsi apostoli: nec ip̃e chri stus. Unde decuit ascendere hac ratione. Eleuata est zc. ¶ Tertio rõne zc. Cõclusio est Diony. iiij. de di. Amor est vis vnitiua. Exempli gratia: de iuuene qui philocapt⁹ occupat oẽs sensus i vidẽdo ami cum. Ad ꝓpositum. Ap̃li toto cor de xp̃m amabant: nec mirũ ꝓpter suã dulcẽ cõuersationẽ et ei⁹ ẏba suauissima. et hoc exclamauit pe trus. Mat. xvij. Dñe bonũ est nos hic esse zc. et Jo. vj. Cũ semel qdã de discipulis a xp̃o recessissent: ex eo qõ dixerat ei nisi manducaue ritis carnẽ filij homis zc. Dixit ad alios q̃ remãserãt. Nũquid et vos vultis abire? Rñdit Petrus. Dñe ad quẽ ibim⁹? Verba eterne vite habes. Tãta ergo vi amoris apo stoli trahebantur ex xp̃i presentia qõ de celestib⁹ nõ curabãt dũmo do possent frui ipsa p̃sentia: vt er go celestia appeterẽt debuit ascen dere. z hoc est qõ dñs dicit Joan. xvj. Expedit vobis vt ego vadam s. ad patrẽ. Si enim nõ abiero para cletus nõ veniet ad vos. Si autẽ abiero mittam eũ ad vos. Super quo Beda. Expedit vobis vt for ma serui a vestris abstrahatur a spectibus: quatenus amor diuini tatis artius vestris cordibus in figat. Ille. ¶ Quarta rõ zc. Ut ce los aperiret sctis p̃ribus z patriã nostram diu clausam: vt videbi mus in secũdo mysterio. ¶ Quin ta ratio zc. Ut esset noster aduoca tus apud patrẽ. de quo. j. Joan. ij. Aduocatum habemus apud pa trẽ iesum xp̃m iustũ: z ipse est ꝓpi ciatio pro pctis nostris. Cum istis est ẏgo mater ei⁹ aduocata nr̃a. Berñ. Securũ habemus accessuz ad patrẽ. vbi mater añ filiuz: filí⁹ ante patrem. Mater ostendit fi lio pectus z vbera: filius ostendit p̃ri lat⁹ z vulnera. Ille. O iesu zc. Eleuata est. ¶ Scõm dr zc. Cum quo modo ascendit? rñdet dauid. Ascendit deus in iubilatione: z do minus in voce tube. z Aug. Ascẽ dẽte xp̃o pauet oñe celũ: mirãtur astra: plaudunt agmina: tuba so nat: et in cuncta blanda modula mina chori emittunt. Ille. merito hoc gestum est qz fuit victoriosus in p̃nti vita. Ideo in signũ victorie cũ triũphis assumpt⁹ est. Videas Valeriũ libro. ij. c. iij. sub rubrica de iure triũphandi. Cum quo est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lucius florus lib.j.Qđ aliqs nõ triũphabat in ppło Romano nisi pr⁹ qnqz milia hostiuz superasset z occidisset invna acie.Et triũphãtibus triplex fiebat triumphus et letitia . Prima q cũ ad vbẽ ciuis triũphalis rediret : occurrebat ei populus cũ effusa letitia.Scda letitia:qñ ibat in ciuitatẽ pcedebãt currũ triũphãtis oẽs captiui manibus ligatis post terguz. Tertia letitia: qz triũphans post se habebat seruũ gestantẽ anulũ similem suo. Et a tergo triumphantis coronam aureã deferentem.Ipe vo triũphãs indut⁹ veste aurea ascẽdebat super currum tractũ a quatuor equis albis. Et vt dicit Valerius fiebant in his triumphis ludi solatiosi: z festiui ioci in honorem triumphantis.vnde maxime mouebantur Romani adviriliter agendum : z aggrediẽdũ quecũqz ardua z difficilia sibi commissa:sic triũphauit Lucius posthumius: qui Ligures vicit z Samnites:sic Papyrius q duritiã samnituz fregit. sic Q.Cecilius q philippũ regem de Macedonia victũ eduxit. Sic triumphauit Pompeius magnus:qui duos superauit reges. Sic Cesar q quiquies triũphauit ppter ea q gessit in Gallia: et Britãnia:z Egypto:z Aphrica. Jesus noster non hunc habuit honorem sed multo digniorẽ:qz fuit victor: z verus victor inimicoz demonuz quos expoliauit de regno suo:vnde associatus est triũphanti in patria sua.de quo ecclesia.oẽs gẽtes plaudite manib⁹ tubilate deo in voce zc. Captiui fuerunt scti patres qs secũ duxit post se in paradiso.de qb⁹ Dauid.Ascendẽs xps in altũ zc. Currus triũphalis fuit suũ corpus glorioſum . Vestitum tunica de sua diuinitate qua tot⁹ resplenduit . Ad eius dexteram erat vnus male indutus.Iste fuit latro vt omni peccatori daretur materia et spes redeundi ad deũ. Et volens incipere hunc triũphũ anteq̃ inciperet venit ad discipulos suos ad cenaculum vbi erant omnes cõgregati . Et ibi quatuor egit per ordinem.Primo comedit cum eis . In euangelio hodierno Marci.xvi.discũbentibus vndecim discipulis zc. Scdo oẽs increpauit, sequitur. et exprobrauit incredulitatẽ eorũ . Tertio precepit eis ne discederent: sed expectarẽt promissionem patris. Actuum.j. Quarto precepit eis vt post missionem spũssancti predicarent.Eũtes in mundũ vniuersum predicate zc.Quibus peractis cum honorabili comitiua scz.cxx. hominuz iuit versus montem oliueti.Et ibi in illo loco tria per ordinem fecit. Primo dedit eis benedictionem. Scdo osculum pacis obtulit.Ro. vltimo.Salutate invicẽ in osculo pacis. Tertio apparuit nubes mire claritatis sub pedibus xpi ascẽdẽtis.Nonq nubes illa prebuerit adminiculũ aliquod xpo:sed in signum diuinitatis apparuit.Et vidẽtib⁹ discipulis illa nubes suscepit eum ab oculis eorum secum adducens animas sanctorum patrum.Dum ergo ascenderet cum maxímo tripudio : videntes angeli qui in celo remanserant toti admirati ceperunt dicere suis fratribus qui xpm associabant illud Esa.Quis est iste q venit de edom tinctis vestibus de bosra? Edõ interpretat sanguinea: Bosra.i.munita fm glos.sup v^o. quis est zc. De quatuor mirabantur angeli. Prio qđ terra id est corpus christi terrenum ascẽderet super omnes celos:qđ est cõtra naturam: cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicat Salo.puerb.xxv. celum sursum: et terra deorsum. Mirabant qđ homo ascẽderet.sup angelos: qđ nunq̃ visum est. In p̃s.Ascendit scz xp̃s sup Cherubin ꝛ vo.ꝛc. Mirabantur qđ homo ascenderet vsq̃ ad deũ.Dañ.vij.venit scilicet christ⁹ vsq̃ ad virũ qui sedebat in throno.Mirabantur.iiij.qđ homo crucifixus:lancea perforatus: coronatus:ascendebat cum tãta potestate vt scilicet super omnes angelos se collocaret.O dignitas nostre carnis: super naturam angelicam:qđ bene agnouit Jo. q̃ dũ angelum adorare vellet more solito. dixit ei angel⁹.vide ne feceris. Cõ seruus tuus sum ꝛc. Ex hoc vt dicit Tho.in.ij.dist.ix. Thõ põt plus mereri q̃ angelus triplici rõne: et ratione difficultatis que est in homine:nõ in angelo: et ratione diuturnitatis:ꝛ merito passionis xp̃i. Unde associat⁹ fuit in throno suo ad patris dexteram. Quo associato inferiores angeli reuelauerunt hominibus. vt dicit Actu.j. Cũq̃ intuerentur in celum euntem illum:ecce duo viri: id est duo angeli in forma viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui dixerũt apostolis. Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum? hic Jesus qui assumptus est a vobis in celũ sic veniet. quo audito discipuli recesserunt de loco:redeũtes ad cenaculum: ibiq̃ expectantes spiritũ sanctũ promissum in pentecostes. Et glorios⁹ Jesus in throno patris est collocatus. Unde dicitur . Eleuata est magnificentia tua super celos. Nota qđ celũ quadruplex est:ꝛ super oẽs christ⁹ hodie ascẽdit triumphanter vt dicũt glosse.Celum materiale.Celũ rõnale.Celũ intellectuale.Celum supersubstantiale. Celũ materiale. Et hoc est multiplex. Prio aereũ. Scdo ethereum.Tertio olympiũ. Quarto igneũ. Quito sydereum. Sexto cristallinũ.Septimo empyreũ sup quos ascẽdit. Scdo celuz rationale.i.homo iustus qui dicit celũ rõne inhabitatiõis aie.Qz sicut celuz est sedes ꝛ habitatio dei: sic aia iusti est sedes.Tertio celuz intellectuale.i.angelus. Angelidicuntur celi:qz sup oẽs ascendunt. Quarto celũ ꝛc. Et hoc est equalitas diuine essentie.De q̃ celo xp̃s venit.Et sic vsq̃ ad illud xp̃s ascẽdit.De q̃ p̃s.A summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq̃ ad summũ eius.Et sup oẽs celos hos hodie ascendit.Et hoc est qđ dicit Mat.vlti. Et dñs Jesus postq̃ locutus est eis assumptus est in celum:et sedet ad dexterã dei.dextera dei est equalitas dei. De qua p̃s . Dixit dñs dño meo sede ꝛc. Eleuata est ꝛc. ¶ Tertiũ dicit ꝛc. Cõtemplant mõ aliqui contẽplatiui qđ añq̃ pulcher Jesus celos ascẽderet:essendo mr̃ sua sanctissima simul cũ alijs discipulis in cenaculo apparuit sibi dñs ꝛ cũ eis familiarissime pransus est: vt scribitur.Actꝛ.j.c. vt per effectum comestionis sm Greg.veritas patesceret carnis. Refectione autem completa p̃cepit eis:vt in monte oliueti versus bethaniã irent. Aliqui dicunt qđ Christus iuit cũ eis: ex eo qđ lucas ait. Eduxit illos foras in Bethaniã. Aliqui vero tenent qđ postq̃ dixit vt irent ad monte oliueti disparuit ab eis. Et iteruz in monte apparuit. Erat autẽ mons ille sm Hic. de ly.extra hierusalẽ in via eundi versus Bethaniam . Ibi aliquãtulũ stetit xp̃s cũ benedicta mr̃e et discipulis suis : sicut amici valefacientes solent figere gradũ. Ibi discipulos docuit : q̃ nõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erat eorum nosse tpa vel momenta q̃ pater posuit in sua potestate: cum peterent. Si in illo tpe restituendum erat regnum israel. Ibi post multa blanda' et consolatoria verba benedixit eis. Contemplant siquidé hi: qđ dum dixisset. O mater mea benedicta: o genitrix suauissima: o dilecti mei discipuli: ecce completa sunt oia. Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit. Igitur suscipite benedictioné meam: q̃ omnes cadentes in terrã adorauerũt eũ: et benedictione accepta genua tenebant in terra defixa: aspiciebantq̃ faciem in qua angeli cernere desyderant. At Jesus ad orientẽ respiciés forte ingeminando: benedicta sis mater mea: benedicti vos discipuli mei: eleuatis manibus paulatim ferebat in celũ. O noua prodigia. O miracula inaudita. Ille qui de virgine natus morté tulit abiectissime crucis: non solum surrexit a mortuis: et suam resurrectionẽ signis euidétissimis comprobauit. Sed post hec omnia: palã et hora nona vt credit a monte oliueti ad celos progredit. Currite ergo gentes vndiq̃ z adorate illum qui est rex regũ z dñs dominantiũ. Postq̃ vero videri amplius nõ potuit: regressi sunt apostoli z ceteri in hierusalem: laudantes z benedicétes deum: in gaudio z letitia ꝛc. Amẽ.

¶ In festo penthecostes.
De missione spirituſſancti.

Epleti sũt oẽs spiritusancto. Act. ij. ca. ¶ Prologũ huius sermonis nullo modo inuenire potui: de hodierna solénitate hodie erit sermo. In quo tria vidéda sunt mysteria in p̃sentiarũ. Primum dicitur congrultatis: Secundum dr manifestationis. Tertium dicitur requietionis. ¶ Primũ ꝛc. Querit dubiũ. vtrum fuerit cõgruum mittere spiritum sctm̃ hodierna die super ap̃los? Rñdeo fm Tho. et alios doct. qđ sic. Que congruitas probatur triplici ratione: aut triplici de causa. Prima ratione instructionis. Secunda ratione ordinationis. Tertia ratione roborationis. ¶ Prima ꝛc. Maxima vna est in theologia. Qđ finis humani desyderiũ est cognitio veritatis. vñ phs j. Metha. Oẽs hois natura scire desyderãt. et Tullius libr. de sene. z Thom̃. j. parte. q. xij. arti. j. Inter oia que maxime intellectus desyderat est scire aliquid de eo qui est principium essendi: a cuius cognitione dependet aliarũ rerũ cognitio. Sufficiés autem cognitio dei non poterat haberi ab ap̃lis naturali cognitione: quia excedebat facultatem ingenij illorum. Et quia debebant esse tube z buccinatores diuini nominis in toto orbe: z predicare que erant necessaria fidei nostre. De articulis. De incarnatione. De passione. De resurrectione. De ascensione. Ideo debebant instrui de diuinis. Instructio autẽ ista melius fieri non poterat quã a spiritusancto: prout promissum fuit eis a Christo Joan. xiiij. Spiritus paracletus docebit vos oia. et Luce. xij. Spiritusſctũs docebit vos in ipsa hora quid oportet dicere. Et j. Joan. ij. Unctionem habetis a sancto: et nostis oia. et Sap̃. Inspiratio altissimi dabit intelligentiam. Hic est ille spiritusſanctus quo adam inspiratus enigilans ab extasi prophetauit dicés: Hoc nũc os ex ossib9 meis: et caro de carne mea. Hic est ille spiritus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quo inspiratus abel obtulit oblationē acceptā deo: qz respexit dñs ad Abel et ad munera eius: mittēs ignē q̄ cōsumeret hostiā eius. Hic est ille spūssanctus quo dictante Noe fabricauit arcam: in qua saluatū est genus humanum. Hic est ille spūssanctus quo inspirante credidit Abraā deo: et reputatum est ꝛc. Hic est ille spūssanctus quo inspirāte Rebecca vxor Isaac mādauit Jacob filio suo vt susciperet benedictionem. Hic est ille spiritus sanctus q̄ precedebat moysen: ꝛ filios israēl in colūna nubis p diē: ꝛ in colūna ignis p noctez. Hic est ille spūssctūs q̄ tāq̄ digit⁹ dei scripsit in tabulis lapideis legem dei. Hic est ille spūssctūs q̄ eduxit Caleph in terrā ꝓmissiōis. Hic est ille spūssctūs q̄ docuit prophetas. De quo Joēl. ij. Effundā spm̄ meū super oēm carnem: et prophetabunt filij vestri ꝛ filie vestre. Hic est ille qui docuit oēs ppl'os locutionem linguarum. Act. ij. Repleti sunt oēs spūsancto: ꝛ ceperūt loqui varijs linguis prout spūssanctus dabat eloqui illis. Super quo Bre. Spūssanctus super discipulos in igneis linguis appuit: ꝛ eis oium linguarū sciam dedit ꝛ docuit scientiam oium ꝛ intelligentiaz. Unde ptz ei⁹ congruitas rōne instructionis. Joan. xiiij. ille vos docebit oia ꝛc. ¶ Scdo rōne ordinationis. Ordinat hō ad beatitudniē tanq̄ ad vltimū finē: iuxta illud Hebr. xiij. Non em̄ habem⁹ hic ꝛc. Sed hunc finem nequibat homo inuenire qz erat obtenebrat⁹ in peccatis. Osee iij. Ambulabūt vt ceci: quia domino peccauerūt. Et qz finem alicuius oportet esse precognitum iuxta illud phi. iij. aie. Voluntas non fertur nisi in bonū precognitū. opus erat ꝑ diutorio spūssancti: sicut directorio nostre salutis. Uñ christ⁹ Joā. xiiij. Expedit vobis vt ego vadam: qz scilz mittā spiritūsctm̄ ad vos: qui vos ad vitam beatā dirriget et ducet, de quo dauid. Spūs bonus deducet me in viā rectam scz vitā beatā. Hic est ille spūssanctus qui oēs ad vitā beatā conducit: vnde cōueniēs fuit mittere hodie tanq̄ ad vitam eternā ordinatorium. ¶ Tertio ꝛc. Ut essent fortes et stabiles in tribulatione vbi notandū est q̄ apli ante aduentū spūssancti fuere ipfecti. Luc. xxiij. ꝛ Matth. xxvj. in nocte passionis fuit dictum Petro. Amen dico tibi anteq̄ gallus cantet ter me negabis. Ad vocē vni⁹ ancille christus negauit. et oēs apostoli fidem amiserunt: virgine excepta. Nā in ipsa sola remansit. vñ filius cōquerit. ps. Considerabam ad dexteram ꝛ videbam et non erat qui cognosceret me. Sinistrā non dixit propter matrem. vñ decuit spm̄sctm̄ mitti ꝓpter roborationem ipoz̄. Hodie namq̄ roborati sunt vt oia sufferrent ꝓpter nomē dñi. post illustrationē vero spūssctī custodijs macerati: ꝛ veribus afflicti: gaudentes a conspectu cōcilij qm̄ ꝛc. Qđ ptz: qz Petrus in cruce suspēsus. Paulus decapitat⁹: bartholomeus excoriat⁹: ꝛ nullū tormētū fuit qđ in ipsis nō experiret. ¶ Preterea vñ ꝓcessit martyrū constantia: vñ patientia Stephani. Laurentij. Vincentij. Agathe virginis. Lucie. Agnetis: et Catharine? Certe a spūsancto. vñ Ber. in sermo huius diei concludit rōnes nr̄as. Spūs paracletus dat pignus salutis: robur vite: lumen sciētie. Pign⁹ salutis vt ipse spūs testimonium reddat spūi nostro. qđ sumus filij dei. Robur vite vt q̄ per naturā est nobis impossibile: ꝑ gratiā eius no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

solum possibile: sz etiã facile fiat. Lumen scientie: vt quicquid boni in nobis inuenim⁹ illi tribuamus a quo omne bonũ est. Ille. et sic patet primum mysterium.

¶ Scõm principale dr ꝛc. inuenimus qđ spũssanctus in triplici specie secundum doctores apparuit. Primo in specie viui animalis.
Secundo in specie ignis.
Tertio in specie linguarum.
¶ Primo ꝛc. Colũbe. Luc. iij. Descendit spũs. s. corpali specie sicut columba in ipsum: qñ fuit baptizatus. Sed quare plus in specie colũbe: ꝙ alterius aialis? Rñdeo fm Tho. iij. par. q. xxxix. artic. vj. propter cõditiones ipsius aialis spũi sancto cõuenientes quã alterius aialis. Primo qr habet gemitũ ꝓ cantu. Sic spũssanctus ad cor pec catoris veniens ipsum facit gemere cũ ipm deducit in cognitionem proprij erroris. o si morerer nũc ait vsurarius: auarus: cõcubinarius ire ad infernũ. Heu me miserum. Sic fecit magdalena. Petr⁹ apostolus: publicanus. Esa. xxxvj. Recogitabo tibi oñes annos meos: in amaritudine aie mee. Plange anima chara z ora dñm vt det tibi cõtritionẽ peccatorũ tuoꝝ anteꝙ moriaris. ỏ qua Job. x. dimitte me vt plangã paululũ dolorẽ meum Matt. v. Beati qui lugent qm ipsi ꝙsolabunt. ¶ Secũda cõditio columbe qr caret felle. Hec aũt cõditio cõuenit spirituisctõ: qr cum sit amor caret omni felle odij rancoris z maleuolẽtie. Sap. j. benign⁹ est spũs sapientie. z. xj. O ꝙ bonus et suauis est dñe spiritus tuus in nobis. Cuius bonitas apparet in supportatione peccatorum. Esa. xxx. Expectat nos deus vt misereatur nostri. Peccator meretur statim puniri de suo peccato. diuina clementia expectat. vnde Dionysius. iiij. cap. de diuinis nominib⁹. Sicut sol radios suos emittit ad corporum illuminationem: ita diuina bonitas radios suos scilicet misericordie. ¶ Tertia conditio: qr nidificat in foraminibus petre. O magnum mysterium que est ista petra? Ille est de qua apostol⁹. Petra autez erat Christus: nidificat quidem xp̃s scilz in petra que hominem ponit in cõtemplationem suiipsius: et q̃nqz plagarum eius. Ad hanc cõtemplationem inuitat sponsus spõsam di. Canticorum. ij. Surge ꝓpera amica mea sponsa mea col. m. in fo. petre. i. nidifica: contemplare: surge. s. ab amore mundi terrenarũ rerũ z carnalium: surge a somno peccati propera ad me. Primo amica mea: quia omnia signa amicitie ostẽdit anime. Secundo sponsa: qr ipsam de sponsauit anulo fidei. Osee. ij. Despõsabo te mihi in fide. Tertio dicit columba propter simplicitatez z puritatem quam ei cõtulit in baptismo: et sic patet de prima specie columbe. Secundo in specie ꝛc. Queritur quare in specie ignis ꝙ alterius elementi? Respondet sanctus Tho. vbi. s. ꝓpter tres rationes siue ꝙditiones ipsius elemẽti quas nõ habet aliud elementum. Prima quia est calefactiuus. Secunda qr est purgatiuus. Tertia qr est illuminatiuus.
¶ Prima ꝛc. Sic spũssanctus corda hoim calida facit in dei amore: de quo igne Luc. xij. Ignẽ veni mittere in terrã. Et eccl̃ia in hym. de patris ergo lumine decorus ignis missus est: qui in fide xp̃i pectora calore verbi compleuit. z ad Ro. v. de se z alĩs apostolis. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Hic est ignis qui paulum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inflāmauit vt mori pro christo z al ligari nō timeret. Inflāmat quoti die iuuenes vt mundū relinquāt. Ecce prima conditio ignis. ¶ Se cūda ꝛc. hac ratione aurifex ponit aurū in igne: vt ibi purgetur. Sic spūssctūs purgat peccatoris con scientiam a rubigine peccati. Hoc Dauid petebat'. Cor mundū crea in me deus: id est purga z purifica a peccatis z malis: et hoc ecclesia petit pro filiis suis i ps. cxxx. emit te spm tuū z creabūtur: et renoua bis faciem terre. sic renouauit cor Magdalene z aliorū sctōrum a ma lis. vñ qđ multi dant vsuras z alia illicita faciūt? quia sunt rubigine pctōrū imbuti z pleni: vñ indigent purgari igne spūssancti. ¶ Tertia conditio ꝛc. Sic spūssanctus illu minat cor tenebrosum peccatorū. Plures de malo in peius vadunt ideo quia sunt ceci. Sopho. j. Am bulabunt vt ceci: quia dño pecca uerunt. ¶ Tertio spiritussanctus ostensus est in genere linguarum. Quare plus in forma linguarum q̄ in alia forma? Hō sic manus ac pedes accepit? Rñdeo qđ factum est: vt hoc membrum pre ceteris re gularet gra spiritussancti: qr p ce teris difficili⁹ custodit. Inter oia membra hoc maxime cum difficul tate custoditur. Jac. iij. Omnis na tura bestiarum z volucrum: z ser pentū z ceterorū domant: lingua aūt nullus domare pōt. In eodē. In ipsa benedicimus deū z patrē z in ipsa maledicimus hoiem qui ad imaginem z similitudinē dei fa ctus est. Ex ipso ore procedit bene dictio et maledictio. Ille. Ideo cō ueniens fuit vt spiritussanctus in ipsa specie appareret vt sic dilige rent. Hō est signū tā expressiuum vtrum homo spm̄sanctum in se ha beat: sicut ad linguam cognosci poteſt. Vbi notandū q̄ deus tres prouincias fecit: z in qualibet po suit linguagiū suum. Primo cele stem. Scōm terrestē. Tertio infer nalem. Linguagiū prouincie cele stis est deū laudare. ps. Beati qui habitāt in domo tua dñe. Lingua gium puincie terrestris est loqui de terrenis. Joan. iij. Qui de ter ra est ꝛc. Linguagiū prouincie in fernalis est deum blasphemare. Apocalyp. xvj. Blasphemauerūt deum celi pre doloribus z vulneri bus suis. z sic patet quare missus est in linguis. ¶ Quarto missus est in specie flatus. Quare potius in flatu. Joā. xx. insufflauit z dixit. Accipite spiritūsanctū. Respōdeo q̄ propter tria que flatus hꝫ spirī tuisancto conuenientia. Primo qr velox. Secundo qr calidus. Ter tio qr necessari⁹. ¶ Primo ꝛc. Sic spiritussanctus veloces facit suos ad bene operandū. Grego. in ho melia. Amor dei nunquā est ocio sus. Ambrosi. Nescit tarda moli mina spiritussancti gratia. Secū do quia calet: calefacit suos.

¶ Tertio ꝛc. Sic spiritussanctus facit suis: quo ab eis remoto defi ciunt in vita spirituali. ps. Aufe res spiritum eorum et deficient. Joan. Spiritus est qui viuificat Ezec. xxxvij. Dabo vobis spiritū et viuetis. ¶ Tertiū principale ꝛc ꝛc. ad quos venit? Rñdeo qđ ad tres personas venit: vt ptz hodie. Primo ad eos qui sunt vniti in charitate.

Secūdo ad eos qui sunt vniti in oratione.

Tertio ad eos qui sunt in puri tate.

¶ Primo ad eos ꝛc. venit ad apo stolos q̄ erāt vniti? In epla hodier na. Dū cōplerent dies penthecos stes erant oēs pariter in eodē lo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eo. Et sicut erant in eodē loco corporaliter: sic spiritualiter erant in vna charitate: in vno amore: ideo acceperunt spiritūsanctū. Et ratio cum spūssanctus sit amor. j. Joan. iiij. Deus charitas est: cū illis habitat. Mat. xviij. Ubi duo vel tres fuerint cōgregati in nomine meo: in medio eorum sum. ꝛ Augu. sup Joā. Sola dilectio discernit inter filios dei: ꝛ filios diaboli: ideo Esa. lxvj. sup quē requiescet spūs meus: nisi sup humilē ꝛ quietū? Secundo ad eos ꝛc. Ad apostolos venit cum dicitur. Erant perseuerantes in oratione cum mulieribus: ꝛ maria matre ieſu ꝛ cū alijs. vbi notādum quod spūssanctus facit sicut peregrinus qñ in itinere est: et scit hospitium alicuius qui libenter eum recipit. Ad illud libenter vadit. Ita spiritussanctus cum videt hospitiū nostre mentis paratū ad illud; intrat. et hec oratio facit in hymno orātibus apostolis deū venisse nuntiat. ꝛ Joā. xiiij. Veniem⁹ ꝛ māsionem apud eum faciemus. ꝛ Sap. viij. inuocaui: scz p orationem: ꝛ venit in me spiritus sapientie. Joan. xiiij. Rogabo patrem et alium paracletum dabit vobis. ¶ Tertio ad eos ꝛc. venit ad apostolos qui erant puri. Grego. in homel. Tergat sordes praui operis qui deo parat domum mentis. Figura Genesis. viij. columba emissa de arca Noe cū inuenisset terrā paludosam non permansit ibi: sed ad arcaz reuersa est. Columba est spiritussanctus: non permanet in terra paludosa: id est i peccatore: sed ad propria reuertitur: quomodo sit facta hec missio videamus. Ante ascensionem sepe xp̄s sicut amicis apostolis suis mittere spiritūsanctum promisit. Joan. xvj. Expedit vobis vt ego vadam. Si autem abiero: mittā eum ad vos: sed tñ nō indicauit eis diem neq; horā: ignorātes ergo ip̄m expectauerunt. vj. die post ascēsionē ꝛ sabbato. Trāsactis his diebus: ceperūt contristari ꝛ dicere inuicē. Cū veniet? vn⁹ inquit cras: alius nō: sed die lune. Dū venisset sabbatū Dicebāt. O quid faciem⁹? timidi stabāt absconsi ꝓpter metum iudeorū: vñ isto mane ad mariā veniunt dicentes. Heu filius tuus nobis ꝓmisit mittere spiritūsanctū. Hodie sunt decē dies q̄ ascendit ꝛ adhuc spm̄sctm̄ non misit. et virgo. Nō dubitetis: qr hodie oino mittet: nec ante mittere debuit. Et rō: qñ deus traxit ppl'm de captiuitate egypti: quinquagesimo die descēdit in forma ignis in mōte Sina dādo legē: fuit figura qđ quinquagesimo die resurrectionis sue nos liberaret ꝛ viuificaret vnde ponamus nos in oratione. Petrus cum alijs se ad vnā partē posuit: lazarus cū. lxx. ij. ad aliam: ꝛ magdalena cū alijs mulieribus ad aliā: et virgo Maria in medio. In celesti palatio facta est dissensio inter patrē ꝛ spiritūsctm̄. O pater inquit filius promisi apostolis meis paracletū ꝛ consolatorē tempus aduenit vt ꝓmissionē attendā: Cui pater. Sum contētus: indica spirituisancto. Cui spiritussanctus. Dic mihi qūo te tractauere? Cui filius. Uide me p charitatem. Ostendit ei latus et manus ꝛ pedes perforatos: heu mihi sed vadā in aliā effigiē: q̄ non audebunt me tangere. Qui descendit cum maximo strepitu. Factus est repente de celo sonus tāq̄ aduenientis spūs vehemētis: descenditq; sup eos: ꝛ repleuit totam domum vbi erant sedentes. Repleti ergo sunt omnes spiritusancto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria.ij.pēthecostes de dignitate anime. Sermo magnus.

Sic deus dilexit mūdū: vt filium suū vnigenitum daret. Jo.iij. Stupendum ꝛ mirandum diuinum huius mūdi opificiū cuius potissima pars est rationalis creatura: ita singulariter in omnibus eius membris est ordinatuz ꝛ bene dispositū tātaq; mensura vt stupidam omnem humanam intelligentiaz reddat. vñ est sciendum ꝙ natura aīe nostre nō solū fm scholā sacroꝝ theologantiū ꝛ sacrā religionē xp̄ianam: sed etiā fz opi. philosophātiū esse diuinam ꝛ spūalem: cuius veritas pbaī p testimoniū sacre scripture Moyses in persona dei Genes.iij. Faciamus hominem ad imaginē ꝛ similitudinem nostram. O sapiētia aurea ꝛ celebranda sententia. Cui sententie est conformis colorata fantasia ꝓphetarum. Unde Plotinus platonicus de quo Augu.x.de ciui.dei.c.ij. Plotinus platonicus animā nr̄am intellectualem quā in celestibus sedibus habitare nō dubitat non habere ait supra se nisi naturā dei. Ille: ꝛ in viij.ethi. Homines dicūtur dij propter virtutis excellentiā. ꝛ socrates sepe solebat dicere ꝙ cōfirmatiōe preinductaꝝ sententiarū. Homo pfect⁹ p sapientiā nihil est aliud ꝙ deus in humano corpe hospitatus: ideo in vlla re nō pōt se beatificare ipsa aīa ꝙ in deo. Augu.in ix.de ciui.dei.c.ij. Verus deus est cū quo solo: ꝛ in quo solo: ꝛ de quo solo aīa rationalis et intellectualis beata est. Et cōcludit phs.vij. ethi. Homines perfectos per virtutez theoricā esse diuos. Ideo prestantia ingenia appetunt conformare se suo principio. Cū natura veluti diuina portio absolutaz libera ab hac terrena mole corpis: ꝛ cupit se abstrahere a cura ꝛ possessiōe rerū mortalium: ꝓpterea sublimis ille monarcha deus: vt homo haberet causam amandi eum illam voluit decorare ineffabilibus donis. Inter que principatum tenet anima rationalis illi cōmunicata. Quaz ipse factor tantum appretiauit vt filium suum vnigenitum daret: sicuti verba assumpta testantur: sic deus ꝛc. In quibus verbis de dignitate huius anime loquemur. De qua tria singularia mysteria proponimus declaranda.

Primum dicitur quiditas.
Secundum qualitas.
Tertium nobilitas.

Primum ꝛc. fm sententiaz phi j. de anima. Omnino ꝛ penit⁹ difficillimorum est accipere quid sit anima: tamen confisus de gratia dei intendo texere sermonem de illa: ꝛ quia sunt plures diffinitiōes philosophorū: duas tm̄ principales videbim⁹. Una phi naturalis. Alia theologi. Pria est Platonis in timeo dicētis. Anima est essentia ex quatuor numeris composita: scz vnitate: dualitate: ternario ꝛ quaternario. O quid dicit predicator noster? quia diffinit animā super digitos vt mulieres: anima ex quatuor cōponitur: inquit Plato: cum in se habeat quatuor: scilicet scientiam: intellectum: opinionem ꝛ sensum. Vocabat autē vnitatem: intellectum: dualitatē: sciētiam: ternarium: opinionem: quaternarium sensum. Nam intellectus fertur in simplicem naturaz rei: que de se est vna: sciētia est de subiecto seu natura per habitudinem ad proprietates eius q̄ sunt duo. Opinio est circa duo cōtradictoria cum formidine ꝛ incertitu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dine alterius. Sensus interiores sunt quatuor. s. sensus cōmunis: fantasia: cogitatiua et memoratiua: etiā sub mirifico velamine voluit itelligere Plato: q̄ anima est vna fm substātiam: z fm essentiaz est duplex: qz hz essentiaz z esse: est triplex propter eius triplicé potentiā. s. memoriā: intellectū: z voluntatem: fm quas est ad imaginem dei. Est quadrupler: quia iformat corpus cōpositum ex quatuor elementis. Sed mihi parcāt phi cuz suis sequacib⁹: qz de aia nihil aut parū intellexerūt. Jō sniam theo. audiamus. vñ Aug. in lib. de quātitate aie. Tho. in. ij. contra gen. c. vij. Bona. ij. dist. xvij. Alexā. ij. par. trac. de aia: ita diffiniūt animam. Aia est substantia incorporea: immortalis: de nihilo creata a Deo: ad beatitudinē cōsequendam. In quibus vbis ponunt quinq̄ conclusiōes. ¶ Prima cōclusio est: aia est substantia incorporea. Contra Democritū: Euripidē: z Eraclytū: quivoluerūt animā nostrā esse de igne materiali. z contra Diogenē qui voluit eā de aere: z cōtra Thaletē milesiuz qui voluit de aqua: vt dicit phs. j. de aia. z Cice. de natura deorum. cōtra Epicuruz qui imaginatus est aiam esse mixtam igne: aere: aq̄: terra: vt ponit Macrobius libro de somno scipionis. Per hāc materialitatem cōcludebant ipam mortalem z corruptibilem: que opinio p heretica habetur ab ecclesia. xxiiij. q. iij. c. penul. ¶ Scda cōclusio est q̄ est immortalis. Cōtra pythagorā phm: qui dixit animā cū corpore mori. Cui⁹ opinionis fuere Saducei: et qui negabāt resurrectionem corporuz cum qua opinione fuerunt multi xpiani. De quibus certe dolendū est: qui sequentes prauas conscietias virtutibus ieiuni: dederunt se omni turpitudini: documēta fidei z euangelium ridentes: tenēt animam simul cum corpore mori: in quorū persona Eccl'. xxx. vnus est hois interitus z iumētoz: z equa vtriusq̄ conditio. z Sap. ij. Ex nihilo nati sumus: z post hoc erim⁹ quasi nō fuerim⁹. Exēplum illius dñi q̄ mecū in alpib⁹ Florētie nō credēs aliā: vitā z aiam cū corpore mori: dicebat. O pater quis vidit aliā vitā? quis reuersus est ad nos? mortuo corpe perit z aia. O bubale: o vilior bestia diabol⁹ z bonum tēpus cauauit tibi cerebruz. Que opinio heretica est. Qō bene Grego. ostēdit. iiij. dialogoz. Tres vitales spiritus creauit oipotens de⁹: vnū qui carne nō tegitur: nec cū carne moritur. Aliuz qui carne tegit. sz nō cū carne morit. ¶ Tertiū q̄ carne tegit: z cū carne morit. ¶ Primus est angelicus spiritus. ¶ Scds est spiritus humanus. ¶ Tertius est spiritus iumētoz omniūq̄ brutoz animaliuz. Ille. Plato in timeo. Aia est immortalis: z fm qd vicerit passiones: vel victa fuerit: premiabit vel punietur post hanc vitam. Salu. in prologo iugurtini. Ingētia z egregia facinora: sicut anima immortalia sunt. Lucretius. Redit idez retro de terra: quod fuit ante. Sz quod missum est ex etheris oris. Id rursum celi fulgentia tēpla receptāt. O q̄ cōfundi deberēt christiani negantes immortalitatē anime: quādo z ipsi philosophi gentium verbo z opere animam nūq̄ mori tā lucidis sententijs testati sunt.

¶ Tertia cōclusio est: qz est de nihilo facta. ¶ Cōtra manichēū qui dixit ipsam factam de substātia dei: vt ponit magister. ij. di. xvij. Et cōtra Menandrum qui dixit esse de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

substãtia angelorũ: qđ est falsum qr de nihilo creata est. Ũñ Augu. libr.j.supra.creauit deus animas singulorũ p se de nihilo:si de nihilo:ergo non de substantia dei.

¶Quarta cõclusio:qr a deo creata.Contra platonẽ qui voluit oẽs alas fuisse ab eterno.cõtra fidem locut⁹ z cõtra pħm.Primo contra fidẽ q̃ nihil ꝓfiteť eternũ nisi deũ. Et contra Aristotelẽ q̃ nõ dixit intellectũ esse eternũ: sed perpetuũ. fm Albertũ.x.c.compendũ. Differẽtia est inter tempus eternum z perpetuum. Tempus eternuz qđ habet principium z finem. Perpetuum qđ caret principio:sed nõ fine:anima nostra est ꝑpetua: quia habet principiũ ſz caret fine: quia semper erit. ¶Quinta conclusio est.Ad beatitudinem consequendam teste Augusti. Fecit deus rationalẽ creaturam: vt summũ bonum intelligeret:intelligẽdo amaret:amando possideret: possidẽdo frueretur.in principio cõfes. Fecisti nos domine ad te:et inquietuz est cor nostrũ donec requiescat in te.O excellentia singularis huius anime. Cũ ergo sit ita mirabilis. Queritur dubium a theologis. Cur deus corpori fetido : passibili et obnoxio omni miserie voluit hanc animam figere? cum dicat philosophus.iiij.phisico .quod locus et locatum debent esse proportionata. Ad quod dicit magister ij.distin.j.Et Tho.iiij.dis.iij.Quod hoc actum est duplici ratione.

Primo ratione ordinatiõis.

Secundo accumulationis.

¶Primo zc.qr ordo vniuersi hoc req̃rit:cũ dicat pħus.xj.Metaphi. Bonum vniuersi in ordine consistit:deus creauerat naturã angelicam puram z creauerat naturã simplicem materialẽ: restabat ad ordinem vniuersi vt faceret mediã creaturã scz hominem cum corpore qui participaret de vtroq̃. De spũali quo ad animã:de corporali quo ad corpus:ideo corpori ipam vniuit. vnde Augustinus.ij. confes.Duo feciſti domine:vnum prope te:et aliud prope nihil.Secũdo ratione zc.vt glorioſius coronaretur:qr sic plus meretur cuz corpore q̃ ſine:qr quanto difficultas est in operatione:tãto plus meretur. Anima in corpore vexatur a mundo.In mundo pressuram habebitis.A carne:caro cõcupiscit zc. A diabolo.Aduersar⁹ vester zc.Hieron⁹.ad eustochi.In carne preter carnem viuere angelicum est non humanum.Unde Tho.ij.dis.ix.dicit qđ hõ pl⁹ põt mereri in corpore q̃ angelus.Et ratiõe difficultatis:que est in hoie z nõ in angelo. z rõne longiturnitatis:qr angelus vnico actu meruit paradisum: hõ aũt pluribus.Et merito passionis xp̃i:que infinite operať pro homine z nõ pro angelo. Nõ immerito: qr est eterni regis filia. Qđ ptz figura de quodã rege q̃ habẽs pulchrã filiã dedit cuidã suo militi in vxorẽ hoc pacto q̃ si incurreret infirmitatẽ aliquã amitteret caput. Cõduxit autẽ illã in ciuitatẽ proprią:quaz ingressa: qr erat ibi aer corrupt⁹ leprosa facta est. Cõtristať autez: miles z timẽs irã regis habuit obuiũ quẽdã medicũ : qui tria remedia p sanitate recuperãda dedit. ¶Primum oi hebdomada semel ingrederet viridariũ cã spatiãdi. ¶Scõm sumeret tales herbas z faceret electuariũ z bis mane z sero añ̃q̃ iret dormitũ comederet. ¶Tertiuz lauaret se aq̃ fontis q̃ erat in viridario. Qđ z fecit et sanata est. Moraliter. Iste rex est de⁹ qui filiã habet pulchrã:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

id est animam. vnde philosophus xvj. de animalibus. Anima est nobilior omni corpore et omni possessione. Super omnia pulchrior. Unde archiepus florentinus. j. par. ca. ij. §. iij. Alia est angelis pulchrior non ratione sui: sed inquantū est deificata. i. deitati vnita in verbo. Quā militi. i. corpi cōi unxit. Ubi incurrit infirmitatem: qr terra corrupta. Corrupti sunt oculi. Sene. libro. v. causarū. Oculi nostri sunt irritamenta malorū. Thren. Oculus meus depredatus est animā meā. Aures corrupte Eccl. xxvij. Sepi aures tuas spinis: et facito seras auribus tuis. Corrupta lingua per infamiā: vnde leprosa fit. Sz medicus militi obuius venit. de quo Augusti. Magn⁹ de celo venit medicus: qr per totum mundum magn⁹ iacebat egrotus. Qui tria documēta militi debit: vt ei a lepprosa sanetur. Primū oi hebdomada semel. i. die dñico ingrediat viridariū: ad contēplandum deū quātū sit magnus: quātū potens: quātum bonus. Scdm remediuz vt comedat et reficiat orationibus mane et sero: q̄ sunt tres. ¶ Prima oro dñicalis q̄ excedit oēs orationes. ¶ Scda fidei arti. de cōse. di. ij. Symbolū. ¶ Tertia Aue. q̄ facta est a trib⁹. ab angelo. Aue gr̄a plena. ab elizabeth. Bñdicta tu in mulieribus ꝛc. ab ecclesia. Sācta maria ꝛc. ¶ Tertiū vt se lauet lachrymis cōpūctiōis. Mat. v. Beati q̄ lugēt: qm̄ ipsi ꝛc. vñ Asculan⁹ noster. §il prosunt lachrime sine aie cōsensu oculorū: tristitie dolor interius correspondeat. Juste em̄ tales lachrime sunt satisfactorie. Et sic patet primū. ¶ Scdz dr ꝛc. Qualis est hec aia? Rñdet de⁹ per moysen Gen. j. Ad imaginē nr̄az. Exponūt hebrei hoc verbum faciamus hoiem ꝛc. qđ fuit verbū dei ad angelos. nos scz pater filij⁹ spiritussanct⁹. Unde primū miraculum qđ deus fecit post p̄ductionē creaturaꝝ fuit formatio corporis humani: que fuit absq; ministerio angelorū: que fuit preter ordinem nature sola diuina virtute. §Nota fm theologos. ij. distin. xvj. Tho. j. pte. qō. xciij. Triplex est creatura. Una que nec est ad imaginē dei: nec imago dei. s. creatura irrationalis: sz dr vestigiū dei. alia nō est ad imaginem: sed imago dei: vt filius dei Colossen. j. est filij⁹ dei imago inuisibilis: et hoc propter idētitatē nature. Un̄ Ambr. sup illud. Deus qui similis erit tibi? Null⁹ vtiq;. Quia imago patris est filij⁹: vt probat de pe. dist. j. ca. Importuna. Alia est creatura q̄ est imago dei: et ad imaginem dei. Quis est hic? Rñdeo qđ homo. O vas nobilium spiritualiū: o prestans ornamentū decori paradisi. Que imago est fm naturā intellectualem. Imago fm Theo. in trib⁹ cōsistit. Primo in dignitate.
Secundo in proprietate.
Tertio in entitate.
¶ Primo ꝛc. Quia sicut deus est dñs omniū. ps. Domini est terra et plenitudo eius. Et in Symbolo. Visibiliū et inuisibiliū. Et Hester. xiij. Dñs vniuersorum tu es. Ita homo est dñs hui⁹ mūdi. Gen. ij. Dominamini piscib⁹ maris et volatilib⁹ celi: et vniuersis animantibus q̄ mouent sup terrā. ps. Cōstituit eū sup opera manuuz suarū. Unde in signū huius homo fuit creatus post creationē ceterorum animaliū. Ideo apl⁹us. j. Cor. iij. Omnia em̄ nostra sunt. Aug. sup Gen. ad literā. Omnia fecit deus ppter hoiem: hoiem aut̄ propter semip̄m. Et plato in Timeo. Bonitas dei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tas dei cā fuit factionis mūdi ꝓpter hoiem. In primo Politi. Natura fecit aialia ꝓpter hoiem. Uñ philosophus cōstrictus est dicere in.ij.Phys.t.ij.de aia. finis quodāmodo oim est hō. et Lactan. libro de ira. sicut mundū de⁹ ꝓpter hoiem machinatus est: ita ipsum ꝓpter se tanq̄ diuini tēpli antistitem: spectatorē: operū rerūq̄ celestium. Uñ hō est alter de⁹. ¶ Secundo in ꝓprietate. Quinq̄ ꝓprietates hz deus: vt ponit Tho. iij.di.iij. quas et hō hz. Prima est qđ de⁹ est vnus in essentia. Exo. ij. Dñs de⁹ tu⁹ vn⁹ est. et aia vna est in essentia. ¶ Scda similitudo: qz deus est trinus in ꝑsonis. Joā. vj. Tres sunt q̄ testimoniū ꝛc. Ita et aia nr̄a est trina in potentia. Memoria: intelligentia: voluntas. In hoc solū dissimilant: qz tres persone diuine sunt de⁹: sed potētie aie non sunt essentia anime: sed vires ipsi⁹ ab ea fluentes. ¶ Tertio de⁹ est immortalis: primo Timo. j. Regi scl̄o⁹ immortali. Et aia nr̄a immortalis est. ¶ Quarto est inuisibilis. Jo. j. Deū nemo vidit vnq̄. Et aia nr̄a inuisibilis. ¶ Quinto deus est vbiq̄: potentia: essentia ꝛ ꝑsentia: fm Tho. j. par. q. viij. art. iij. Et magistrū in. j. di. xxxvij. Hiere. xxiij. Celū et terrā ego impleo. Uñ principaliter est in celo empyreo: sic aia nostra fm Augu. vj. de trini, ca. vj. est tota in toto et tota in qualibet parte. uñ determinate est principaliter in corde: dum virtutē influit toti corpori. ¶ Tertio cōsistit in entitate: qz sicut in deitate sunt tres ꝑsone in vna essentia. Sic in vnica aia sunt tres potētie equal'r se habētes. s. pr̄ filius spiritussanctus. Nam sicut pr̄ generat filiū. Et pater ꝛ filius spirāt spiritūsanctū. Sic memoria q̄ est prima potētia aie intellectiue generat intellectū q̄ est scda. Uñ dicit Aug. qđ memoria est mater intelligentie. Intelligentia em̄ nihil cognosceret nisi memoria sibi influeret. Et sicut spūssctūs producitur a patre ꝛ filio: sic volūtas que est tertia potētia ꝓducit a memoria et intelligentia. volūtas enim nihil vellet nisi memoria ꝛ intelligentia sibi p̄sentarēt. Et deus dedit aie hāc imaginē vt in ea tanq̄ in domo per quādam appropriationem habitaret. Pater em̄ habitat in memoria per continuam recordationē beneficiorū suorum. s. quia dedit nobis esse. p̄s. Ipse fecit nos ꝛc. Dedit nobis bene esse scz gratiā. p̄s. Gratiā ꝛ gloriam ꝛc. Dedit nobis tēporalia. p̄s. Oculi omniū ꝛc. vsq̄ benedictione. dedit nobis filiū suum. Jo. iij. Sic deus dilexit ꝛc. dedit nobis regnū suum. Mat. xxv. possidete paratū vobis regnū ab origine. dedit nobis corpus suū in refectionē. Matt. xxvj. Accipite: comedite hoc est ꝛc. Pater per talium beneficiorum recordationem habitat in memoria nostra. p̄s. Hic habitabo qm̄ elegi eam. Filius habitat in intelligentia ꝓ Sapientiā: cū sit sapiētia patris. Hec sapientia cōsistit in duobus. s. in cognitione dei et cognitione sui. Uñ Aug. dicit. dñe deus nouerim te nouerim me. Noueriz te quante sis maiestatis vt timeā te: quante dignitatis: vt adorem te: quante bonitatis vt sperem in te. Nouerim me: quante sim fragilitatis: quante vilitatis: quante iniquitatis: vt digne possis in me habitare: vt merito de me dicatur. Sapientia edificauit sibi domuz. spiritussanctus habitat in voluntate per dilectionem. Unde post q̄ christ⁹ dixit Jo. xiiij. Si quis diligit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Pria est ordinare ꝛc.in.vj. Eth. Ordinare est p̃ncipalis pars prudentie que est prouidentia. In.j. Metha.Sapientẽ ordinare oportet: non ordinari.C. de episcopali audientia.l.humanum.C. de le.et fideicõmiss.l.j. A sapiente omnia bona fieri intelliguntur. sapiens et peritus nauta dicitur ille quãdo nauem deducit securam inter ꝓcellas maris ad portum. Finis creature est vita beata. Unde ille dicitur sapiens qui nauem anime perducit securam inter pericula huius vite ad portum padisi.vnde Apoc.ij.Esto fidelis vsqꝫ ad mortẽ ꝛdabo tibi coronã vite.Idem.qui vicerit non ledetur a morte scda. Tho.Angelicꝰ habuit hãc sapientiam:qꝛ cũ esset annorum.v.ꝛ mater recordaretur verboꝝ eremite: misit ipsum ad scholas de cõsilio patris eiꝰ,s.dñi Landulphi comitis aquinoꝝ ad monasteriũ montis cassini sancti benedicti:vt monachi ipm instruerent. Primo in moribꝰ:quia vt dicit Prouer.xxij. Adulescẽs ambulans iuxta viam suam:etiã cũ senuerit non recedet ab ea.Secundo in lr̃is: qꝛ vt dicit Sen. sine literis eger est animus. instructus ergo sufficiẽter in grãmaticalibꝰ patri suaserũt: vt ipm mitteret ad studiũ.Qui misit ipm neapolim vbi vigebat studiũ: infra.xij.annũ factꝰ est optimꝰ phꝫs: ꝛ intm̃ ꝓfecit puer ingeniosus qõ lectiões quas a magr̃o audiebat subtilius alijs repetendo discurreret:ꝛ nõ habebat in studio parẽ sibi nõ immerito:quia eiꝰ sapiẽtia potius fuit infusa q̃ acq̃sita. Unde legitur de eo qõ semper anteq̃ legeret lectionem aliquam prius ad orationẽ ibat:ꝛ cum semel disputasset nimis: et acute vltra vires humanas:quidam religiosus ordinis minoꝝ admirãs de eo super tanta sapientia in ipsum respiciens vidit radios splendentes procedere ad eius faciem vt sol: in hoc deus ostendebat quod debebat esse sol ꝛ lumen ecclesie. Ui dens autem non esse tutum habitare inter scorpiões spiritusancto illuminatus ordnem predicatoꝝ decreuit eligere. Sed quare potiꝰ elegit hunc q̃ alios? Respondeo: quia aliarum religionum dicitur dignior.probatur hoc modo. Illa religio dicitur dignior que continet in se vitã actiuã ꝛ contẽplatiuam.Alique sunt q̃ sequunt vitã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contẽplatiuã. Alique alie actiuã: iste aũt vtrãq. Primo actiuam: qz opera mie opaf: pascit esurientes diuino verbo p̃dicatiõis. infirmos pctis visitat: nõ occupaf circa veru assature. Secundo cõtemplatiam: quia hz studiũ orationis et meditationis. In hanc igitur ingredi voluit. Ad priore conuentus neapoli vadit z erat frater Joan. de sctõ Juliano: z tunc attingebat annũ. xiij. petẽs habitũ predicatorum. Cui prior. O fili mi: nimis iuuenis es. Cui Tho. O pater prior scriptum est Hiere. iij. Bonum est viro si portauerit iugum ab adulescentia sua. Et prior: pete licẽtiam a patre et matre. Cui Thom̃. scriptum est Matth. x. Qui amat patrem aut matrem pluſq̃ me non est me dignus. et Hiero. ad Rusticum. Licet in limine pater iaceat licet mater pectus et vbera ostendat: percalcato perge patre. percalcata pge matre: z siccis oculis ad vexillum crucis euola. Ille. Et prior. Non poteris portare onera religionis. Respondit Thom̃. scriptum est per Hiero. Nihil amantibus difficile. o Tho. es bono animo. Unde cum summo gaudio ciuitatis et conuentus fuit indutꝰ hoc sctissimo habitu. o iuuenes imitemplũ Tho. Audite Berñ. fugite de medio babylonis: et saluate vras: et conuolate ad vrbes refugij vbi possitis et de preteritis agere penitentiã: et in p̃senti obtinere gratiã: et in futuro prestolari gloriã. Ille. Scia conditio sapientis est vitare offendicula z occasiones que possunt impedire hominẽ a cursu vite eterne. qz hz phs x. Meth. Duo ctraria nõ possunt simul stare. et in. ij. Ethico. Unum cõtrariũ destruit alterũ. tho. vitauit oia pcta mortalia: quia nunq̃ mortaliter peccauit: imo de venialibus nunq̃ fuit auditũ. Unde dr de eo. Hic est in quo Adã nõ peccauit: qz in religione cepit viuere cum oi sctimonia. Fama volat ad parẽtes precipue ad matrem. Et vna parte gaudet propter verbuz eremite: et alia dolet ratione teneritudinis: quia. vij. Politicorũ generantis ad genitum naturaliter est amicitia. fratres qui erant magni domini in curia imperatoris ro. egre ferunt. o si fuisses secularis presbyter potuisses episcopari. Exẽplum Goffredi. Si fuissem de numero episcoporum fuissem de numero dãnatorum. Mater autem cum nobili comitiua neapolim vadit vt filium videat. Audiẽtes fratres zelotypi de tanto thesauro duxerunt ipsum ro. iterũ ro. vadit: fratres ipsum occulte mittũt parisius. Mater super hoc turbata insinuat filijs negotiũ: qui licentia petita ab imperatore ipsuz sequuntur: quẽ inuenere ad quendam fontem cum quatuor fratribus qui rapuerunt eum de manibus eorum: sed habitum nũq̃ potuere euellere: quia diuina potentia ꝛc. Duxerunt ipsum in castrũ matris quod dr Rocha sicca cum optima custodia: in quo loco otiosus non fuit: per duos annos quibus ibi fuit totam bibliam legit: textus sentẽtiarum memorie mãdauit fallacias Aristo. cõpilauit. Querentes autẽ fratres sui diuersis modis ipsum a bono proposito reuocare duobus modis vsi sunt. Primo introduxerũt sorores suas duas ad eum que blanditijs ipm alloquuntur. Ipse autem conuertit ad vitã sanctam eis legens scripturas: vnde maiorem sororẽ conuertit vt mundum relinqueret et monasteriũ sancte Marie de Ce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pus igressa est:vbi ꝯcito abbatissa facta est.Scdo mittūt iuuenez nudā:q̄ eaz debebat inclinare ad molitiez carnis cū esset annorum xvj.Nota qđ demō sagittat hominem per mulierem tribus modis.Primo per colloquiū.Eccl'.ix. Colloquiū illi⁹ quasi ignis.Scdo p aspectū.Eccl'.xxvj. Ne respicias mulieris pulchritudinē:q̄ tenet illam quasi qui apprehēdit scorpionē.Tertio p tactū.j.Cor.vij. Bonū est mulierē non tangere:qz per illā cecidit Dauid:Salomon:Sānson.M.Antoni.Paris.Hercules. Jason. Thomas autem celit⁹ inspiratus titionem manibus cepit: ac ipsam de camera eiecit signo crucis se muniens. Aduenere statim angeli post hunc conflictum qui eum strinxerunt cingulo dicētes.Ex parte dei te cingimus cingulo castitatis: quod nullatenus dissoluetur. Unde habuit in terra priuilegium beatoz. Ex tūc nūq̄ sensit stimulum carnis.Uidēs autē mater propositū filij timens facere iniuriam spirituisancto permisit ipsuz abire:z sic ordini est restitutus:z neapoli associatus est a fratribus cū ingēti gaudio.Unde quide operā dedit literis:vt ebri⁹. Ad paucos dies missus est Parisius:deinde Coloniam ad Albertum magnum vbi sub eo apicem magisterij adeptus est. ¶ Tertia cōditio est docere pfecte. Docuit autem populum Thomas duplici modo.Primo exēplo. Secundo verbo. Primo exemplo : quia xps cepit primo facere:deinde docere. Tho.hoc egit:qđ pz in triplici virtute quibus sanctus dei fuit ornatus mirabiliter:vt pz in ei⁹ legenda. Primo in humilitate.
Secundo in austeritate.
Tertio in paupertate.

¶ Primo ꝛc.Fuit humilis ore: qz nunq̄ superba verba exierunt de ore eius.Fuit humilis corde:quia nunq̄ de se presumpsit superba: nec vnq̄ supbiuit de aliquo actu studij.Fertur dixisse sepe discipulis suis . Regratior deo qđ nunq̄ de mea cathedra magistrali: aut actu scholastico motum habui inanis glorie. Quadam vice quidam conuersus ipsum in suum socium accepit per ciuitatem Bononie.Sanctus dei nō dedignabat. ¶ Secundo in austeritate: non comedendo carnes : dormiendo super saccos:ecclesie seruās ieiunia.Non est religio in ecclesia dei tam austera vt nostra : quia habet studia:habet comestiones graues.Frater Thomas non iuit ad etatem maturam:caro carnē nutrit:sed audiant verbuz Prouerb. xxix,q̄ delicate nutrit seruū suum postea sentiet cū ptumacē.P. bergomensis.A bucha clibanus calefit.O thom̄.voluisti ꝛc.Antique religiones Benedicti:Basilij:Bernardi : Cartusienses carnes non comedūt:nec xps nisi i cena : vñ ē de pfectiōe vite aplice. ¶ Tertio in paupertate.dum semel cū scholarib⁹ rediret de sancto Dionysio z videret ciuitatem propinquam Parisiensem dicunt ei studentes: Utinam essetis ☉ magister dominus huius ciuitatis.respondit potius vellem habere Chrysostomū super Matth.quia scriptum est in primo politi.Desyderium diuitiarum vadit in infinitū. ¶ Preterea recepta bulla a Clemēte papa.iiij de promotione ad archiepiscopatum Neapolitanum cum additione reddituum monasterij sancti Petri de ara renuit oino rogans eum vt amplius non pmoueret. ¶ Preterea duz magistrari debe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ret tunicā habebat fractā. O pater essetbonū inquiūt discipuli haberetis tunicā bonam. Respondit non curo: qr pater meus Dñicus sic incedebatr illud byretū quod ferebat in nocte:idē in die. Clama contra fratres pōposos ꝛc. opz incedere pauper.di.xl.c. multi. Qui desyderauerit primatuz in terra: inueniet cōfusionē in celo:nec inter seruos christi cōputabitur qui de pmatu tractauerit. Ille. ¶ Secundo docuit populum verbo doctrine sanctissime q apparet optima triplici signo.

Primo frequenti eleuatione.
Secūdo in sanctorum apparitiōe.
Tertio in multorū approbatione.

¶ Primo ꝛc. Eleuabaꝫ sepe a terra. Cum esset semel ad castruz sororis:i camera fuit abstract⁹. Unde soror eius ipsum credidit esse mortuū:quia se nō mouebat: aut aliqd dicebat:vñ clamare cepit.o Thoma. Socius aūt eius narrauit ei conditionē sancti. Et sic per tres diesstetit imobilis sine cibo. Uidēs socius tātā dilationē ipm excitauit. Cui dixit Tho. parcat vobis deus: qr bonū prādiū mihi abstulistis.preterea cū esset in prā die coram rege Francie dixit. Cōsummatum est et conclusum contra Manicheos: tunc faciebat libros contra gen.preterea duz legeret librū Boetij de trinitate difficilem cādela cōbussit eius digitos.

¶ Secundo in sanctorū ꝛc. Cum quadā nocte orationi iisisteret feruēter vt impetraret declarationē dubij scripture: apparuerūt ei Petrus ꝛ Paulus certificātes dubiū illud. Preterea alia vice apparuit ei virgo: declarans aliqua dubia sancto doctori. O thoma gloriose quāti estimanda est scientia tua.

¶ Tertio in multorū approbatione. Doctrina eius est approbata per quatuor ghationes psonaruz. Primo per iesum christum.
Secūdo per virginem matrem.
Tertio per pontifices.
Quarto per doctores.

¶ Primo per ꝛc. Cū scripsisset de corpore christi que est materia difficilis:posuit opus sup altare negotiis petēs informari vtruz bene an non dixisset. Respondit crucifixus. bene scripsisti de me Thoma. Quā mercedē accipies pro labore tuo. Respondit. te solum expecto.

¶ Secundo per virginem. que semel apparens ei dixit scientiam eius veram esse:ꝛ filio gratissimā. O socie quis dubitare potest de doctrina thome:quam christus et mater confirmarunt.

¶ Tertio per ꝛc. Urbanus. iiij. in epla canonizationis:quam mittit archiepō tholo. que incipit. Laudabilis de⁹ in sanctis suis. Uolumus ꝛ tenore pñtiuz iniungimus vt beati Thome doctrinam tanq̄ veridicā ꝛ catholicā sectemini eāq̄ totis virib⁹ studeatis amplia re. Ille. Innocentius in sermone. Ecce plusq̄ salomon hic. Huius doctoris sapientia pre ceteris: exceptа canonica:habet proprietatē verborum:modum dicendorū:veritatē sententiarū itavt nunq̄ qui eum tenuit inueniatur a tramite veritatis deuiasse:et qui eū impugnauit semper fuit de veritate suspectus. Ille. preterea ecclesia canit. Styl⁹ breuis: grata facūdia: celsa:clara:firma sententia. Firma non dubiosa non fantastica.ꝛ hoc o socie non legitur alia lectio rome apud cardinales nisi Thome. o scientia. o doctrina irrefragabilis ꝛ morosa.

¶ Quarto p doc. Bona. dū cōposuisset officum corporis christi de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mãdato Urbani.iiij. cum vidisset illud Thome ipm summe cõmendauit sup doctrina alioꝝ. Preterea Nic.de Lyr.laudat Thomã qr super Job ad literã scripserit tam egregie. Aug.de anchona laudat. Egidi⁹ roman⁹ discipulus Tho. ipsum laudat mirabiliter. Uide ergo quomodo eius sciẽtia sit estimanda.qñ ꝛc. ¶Quarta conditio ꝛc.Perseuerantia sola coronatur. Tho.fuit perseuerãs vsq; ad mortem.Grego.x.Lugduni fecit concilium generale:ꝛ Tho.de eius mãdato fuit vocatus vt cõtra hereticos disputaret. Declinauit monasteriũ fosse noue: a quibus gratiose fuit recept⁹. i claustro dixit fratri Reginaldo. Hec requies mea in seculũ ꝛc.Posuit se in lecto vbi cõposuit librum super cãtica. Apparuit stella super locum propter mortis euentum Thom̃. approximans morti data est ei cõmunio. Cum quereretur a priore si crederet ipsum corpus Christi esse. Respondit.Credo vtiq;. Ubi fecit sermonem mirabilem ante ipsum sacramentũ.Hora transitus sui audite sunt voces angelorum canẽtium . Albertus magnus colonie existens habuit visum mortis ei⁹. In mane cuꝫ legeret dixit.O ỿ me ꝙ cecidit columna ecclesie: mortuus est Thom̃.fleuit: quia ecclesia carebat bono auxilio. Preterea eo mortuo supprior cecus ꝛc. Mortuo eo mulus eius cui insidebat fracto fune in ecclesiam venit ad feretrũ ꝛ ibi dolore crepuit.

¶Tertio magnus rõne ꝛc. Dum frater Alber.brixie existens oraret vidit gloriam Thom̃.Apparuit ei Aug.ꝛ Thom̃.Aug.dixit:equalis mihi est in gloria: sed me precedit in virginitate lapis preciosus in pectore: est bona intentio quam semp habuit de deo. Torques ad collũ obedientia: mortuus est anno ꝛc.M.cclxxvij.

¶In festo sancti Vicentij cõfessoris ordinis predicatorum.

Magnus vocabitur i regno celorum.Matthei v. capitu. Pro prologo huius sermonis accipe illum beati Dominici de beato Vincentio tria erũt videnda.

Primũ dicitur congruitatis.
Scõm dr adequationis.
Tertium dr consummationis.

¶Primũ dr ꝛc. Utrũ Vincentius ex suis meritis meruit pmiũ eterne beatitudinis. O missis argumẽtis. Respondeo sm Thom̃.j. parte.q.xxij. artic.iiij.Alex. de ales.j. parte.q.v.artic.ix. ponendo hanc conclusionẽ. Quod opera nostra possunt pcedere a duobus principijs. Aut ab agente creato:aut increato.si creato tãtũ.i. a libero arbitrio nostro simpliciter nõ suppositа gratia spũsancti:tũc impossibile est hominẽ purũ mereri vitaꝫ eternam.Et ratio: qr operationes nr̃e sunt finite et modice valoris. Rom̃.viij. Non sunt condigne passiones huius tẽporis ꝛc.ꝛ Luc.xij. Cũ feceritis oĩa dicite:qr inutiles serui.ꝛ in.v:ij. Phys. Impossibile est in corpore finito virtutẽ esse infinitã.Si ergo finite ỽtutis: ergo finite operatur:quia vt dicit Boetius.iij.de ỽso.Agit ẽm vniuscuiꝫ natura qđ ẽ propriũ ei:sicut ignis qui nõ agit vltra suã speciẽ et sol: ꝛ de alijs.vnde tẽporale opus nõ meretur mercedẽ vite eterne put est a principio creato:aut procedit a principio increato.i.a spũsancto qui per gratiam gratũ facientem mouet principiũ creatũ.i.liberum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

arbitriū ad operandū. sicut sessor mouet equum ad ambulādum: z dominus seruū ad operādū. Isto modo homo meretur ex cōdigno: quia valor attēditur fm virtutem spiritussancti mouentis nos in vitam eternā. Iuxta illud Joan.iiij. Fiet in eo fons aque saliētis in vitam eternā. Sanctus Vincentius de condigno ex suis meritis meruit fieri magnus in celo propter virtutes quas habuit in presenti vita. Que fuere tres principales in presenti.

Primo in virtute austeritatis.

Scdo in virtute fidelitatis.

Tertio in virtute humilitatis.

¶Primo in virtute ꝛc. Cū dei seruus esset de ciuitate Valentie in Cathalonia de nobili familia Sserrariorū oriundus a catholicis parētibus est nutritus in disciplina ac probatis moribꝰ: pater eiꝰ fuit publicus notariꝰ. Mater eiꝰ tres habuit filios. primꝰ dictus est Petrus. secūdus Bonifaciꝰ in vtroqꝫ iure doctor. tertius Vincentius: qꝫ xviij. annū etatis attigēs aiaduertens nō esse tutū cū scorpionibus habitare religionē predicatorum ingressus est. In tantaqꝫ austeritate vixit qꝫ nō pōt exprimi lingua per annos. xl. fuit in religione sine carniū comestione. Sciebat enim esse verū illud. Prouerb. xxix. Qui delicate nutrit ser. su. postea sentiet eū cōtumacē. z Greg. ij. lib. mora. Vbi carnes comedūtur modica penitentia est. Jeiunia ordinis integre seruauit a festo crucꝫ vsqꝫ paschā. in lecto nūqꝫ visus est dormire licet ei pararet: sed semp vel super paleam aut tabulā quiescebat: semel tantū in die per totum annū cibū sumebat. Sub vestibꝰ humilibus cilicium portabat. Unde dicere poterat illud apli. j. Cor. ix. Castigo corpus meū z in seruitutē redigo. super quo Ber. super Cantic. Tres homines mundani possident in presenti seculo. primo temporalia. secūdo corpus. tertio animā. Que omnia verus religiosus abnegat: primo tēporalia relinquit per votū paupertatis: secundo corpus proprium per votum castitatis: tertio animā per votum propie voluntatis. i. obedientie. Que omnia seruauit sanctus Vincen. Primo fuit pauper: qz solū vnā tunicam z vnū byretum habuit pro die z nocte. Solā bibliā z breuiariū habebat. Non immerito: quia dicit Chryso. super Matt. Doctor debet esse pauper vt auaritiā libera voce castiget. Scdo fuit castus qz nunqꝫ carnē suā contaminauit imo nec vnqꝫ corpus suū vidit. tertio fuit obediens: quia nunqꝫ suis maioribꝰ restitit: qđ ostendit Ber. super Matt. xvij. di. Bonū est nos hic esse. s. in religione: qz homo viuit purius: cadit rarius: surgit velocius: Ille. Viuit purius: quia segregatus a tēporalibus. Cadit rarius: qz habet lectiones et diuina officia. Surgit velocius: qz inspiratur. Et religiosus nō potest diu esse in peccato mortali. Beatus ergo Vincētius fuit magnus in prima virtute que dicitur austeritatis. ¶Secūdo in ꝛc. fm Thom. ij. ij. q. clxxviij. art. j. Virtuti fidei attribuuntur miracula: iuxta illud Mat. xvij. Si habueritis fidez ꝛc. Beatus vincentius infinita miracula fecit in patria Tholosana. Cum mulier lunatica filiū peperisset diuisit ipm in quatuor partes z coxit. Vir aūt eius cū lachrymis portauit ipsuz sancto dei. Ad cuius preces filium suscitauit: reseruatis insignijs in corpore: vsqꝫ ad mortem in signum miraculi:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

preterea cū in ciuitate Hilerdensi puincie Aragonie esset: oēsq; meretrices ad deum conuertisset: indeq; recedens societas que eam comitabatur videns lenones eam meretricū armatos contra sanctā dei ei & citius insinuauit: quibus dixit. Isti sunt lenones qui me querunt interficere: sed precedatis me: et ego vos sequar. Approximātes autem illi arma contra sanctum dei parant. Vir dei signo crucis se muniēs di. Per signum crucis de inimicis nostris libera me domie. Immediate armis depositis i terram se prosternunt veniam petentes. Mirandum valde de seruo Jesu christi: preterea dum predicaret cathalonie: et essent ibi plura hominuz milia in quodam loco qui dicitur gragnose vbi non erat vinum: peruenit ad quandā tabernā in qua non erat nisi paruū vas vini: data benedictiōe creuit vinū: ex quo oēs biberunt: z iterum vas plebum remansit. xpo assimilatur qui in nuptijs ꝛc. preterea eo viuēte cum in claraualle esset maxima pestis inter monachos: vir dei aquam benedictam aspersit per totum conuentum: et sic cessauit pestis. Petrus de tarātasio habet in iiij. dist. xlv. ar. ij. qō datum est quibusdam sanctis patrocinari super infirmitates: vt Antonio sup igne: Lucie super oculos: sebastiano: et rocho super pestā. Et huic datum est. ¶ Tertio magnus ꝛc. Humiliati datur premium exaltationis. Luce. j. exaltauit humiles. In eodem. Qui se humiliat ꝛc. Jacobi iiij. Humilibus deus dat gratiam. Eccl. iij. Quanto maior es humilia te in oībus. Lucifer superbꝰ dedit locum xpo humili. Eua superba locum humili Marie: diues superbus dedit locū Lazaro humili. Vir autem dei fuit humilis: cum enim benedictus. xj. papa ordinia fui vellet eū cardinalem facere: ex humilitate renuit. Intellexit esse verum illud qō dicit di. xl. c. multi. Quicunq; primatū desyderauerit in terra inueniet confusionē in celo: de talibus vbi sunt? Cū eēm plures eū sequerentur et insiderent ei tunicā ex deuotione et acciperent pilos asini sui eos arguebat iquiens. Nolite hoc facere filij mei: Ego non sum quem queritis. Et quādo recedebat de vna terra nolebat qō aliquis eū sequeret: non curabat de glia: licet dicat Vale. nulla est tam excelsa virtus q̄ dulcedine glorie nō tangatur. Unde patet primū. ¶ Scōm dicitur ꝛc. Utrū sanctus Vincentius ex suis meritis sit equalis angelis in vita beata: quia hodie in epistola dicitur. Vidi alterum angelum volantem per meditū celum? Respondet Tho. j. parte. q. xr. ar. iiij. qō de homine z de angelo est loqui dupliciter: aut quo ad naturam: aut quo ad gratiam. Si primo modo angelus est dignior homine nec potest ei adequari: qz deus maiora dona naturalia ei contulit q̄ homini et minimus angelus est perfectior quolibet homine: excepta anima christi: angelus precedit decorem et perfectionem quarunlibet rerū creatarum corporaliuz z spiritualium. Unde Aug. xj. de ci. dei dicit de natura angelica. Cetera oīa que deus condidit nature dignitate precelli. et Dio. Angelus est imago manifestatio occulti hominis. Sed si loquimur quo ad gratiam sic homo potest angelis equiparari ex virtutibus suis: et vt dicit Tho. ij. sen. dist. ix. homo angelū precedit triplici rōne: z rōne dificultatis q̄ est in homie: nō in an-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gelo. Et ratione diuturnitatis et merito passionis Xpi que fuit pro hoibus nō pro angelis: vincētius dicitur angelo similis. Magnus vocabitur. Que magnitudo habetur in triplici virtute.

Primo in perfecta charitate.
Secundo in sancta oratione.
Tertio in sancta virginitate.

¶ Primo in charitate. habet Augusti. in sermone de quinq panibus. Si quis habuerit tantā charitatem vt paratus sit pro fratrib⁹ mori perfecta est in eo charitas: hanc habuit Vincentius. quia pro amore proximi totum occidentem circumiuit predicādo pro zelo animarum. Unde cathalonie dicitur tertiusdecimus apostolus p excellentiam: quia sicut apostoli predicauerūt per totum oriētem: iuxta illud. In omnem terrā ꝛc. Ita sanctus Vincentius per totū occidentem: ꝛ apl̄is spūsctūs descendit in spē ignis: ita in die pēthecostes vidētibus oibus spūsctūs in specie ignis visus est descēdere sup eum dū p̄dicaret. predicauit ēm aragonie: cathalonie: hispanie: francie: britannie: burgundie: anglie: ripparie: ianue. Mediolanum venire volens impeditus fuit. Habuit priuilegium apl̄orū: q̄ sicut intelligebant ab oib⁹ in lingua sua: ita vincentius ab oibus nationib⁹: p̄dicationi aūt[ei⁹ aderāt reuerēde persone: benedict⁹ pap̄. xj. cuius erat cōfessor Impator sigismund⁹. rex Fernandus. rex aragonie. dña violanta eius vxor: et alij barones: comites ex qua p̄dicatiōe ad fidē xpi conuertit plurimos. In regno granate vbi sunt ethiopes de mahumeto conuertit de illis. viij. milia. In hispania circa. v. milia. Numerus autē conuersorū tā iudeorum quā saracenorum fuit, xxv. milia: vt inuentū est in quodam p̄cessu. Sciebat verum esse illud Greg. j. homel. Nullū est maior sacrificium q̄ zelus aiarū. vero p̄dicatori qui vult bene ꝛ fructuose p̄dicare verbum dei quatuor sunt necessaria, omnia autē ista habuit sanct⁹ dei, Primo i scia. xxj. q. j. c. si clericat⁹, multo tēpore disce qđ postmodum doceas. et apostolus. Argue: obsecra: increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Tanta. Scđo est sctitas vite. Greg. Cui⁹ vita despicit restat vt ei⁹ predicatio cōtemnat. ꝛ Lac. in. iiij. homies malunt exempla q̄ verba: qm̄ loqui facile est: prestare difficile. et. j. q. j. Vilissim⁹ cōputandus est nisi precellat scia ꝛ sctitate qui est honore prestantior. Tertio patiētia. p̄s. Bene patientes erūt vt annuncient. Quarto est charitas: apostolus. j. Corinth. xiij. Non quero qđ mihi vtile est sed qđ multis vt salui fiant. ¶ Secundo magnus ꝛc. qr oratioi se dabat: ꝛ dicit de eo qđ quādo orabat se claudebat i aliquo loco secreto: ne impediretur ab aliquo. Et vt multi viderūt: sepe lux immēsa erat circa eum que totam cameram illuminabat. Quod audiens rex aragonie curiosus super hoc factus vidēre volens si hoc verum esset qđ dicebatur venit ad locum in quo orabat: et vidit eum prostratum in oratione: et a terra eleuatum: quo viso territus recessit: quem sanct⁹ dei dure increpauit di. quare huc venisti? et socium suum qui eum permiserat venire di. Nonne dixi tibi ne permitteres aliquem venire: febris eum vexauit septem annis. Tertio in virginitate. Prouerbio. duodecimo. qui diligit cordis mundiciam diligetur a domino. Fuit purissimus in carne sua qui per. xl. annos fuit quod nūq̄ vidit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

carnem suam.z sic patet secundū.
¶ Tertiū dicitur zc. Consumma-
to cursu presentis vite mirabilis
deus in sanctis suis mtranda ope
ratus est in seruo suo:ex hoc omni
tempore magnus inuentus est.
Primo magnus viuens in mūdo.
Secundo magnus iacēs in sepul-
chro.
Tertio magnus regnans in celo.
¶ Primo magnus zc.que magni
tudo apparet tripliciter.
Primo in bona christi apparitiōe.
Secundo in futurorum prenun-
ciatione.
Tertio in mortuorum suscitatiōe.
¶ Primo in bona zc. Cum enim
Auinioni grauaretur infirmitate
apparuit ei Christus cum ange-
lis suis di. Eligo te in meum predi
catorem generalem in occidente
z statim visum tetigit:z sanus sur-
rexit. In mane vero surgens cepit
discurrere predicando ob famam
autem eius per omnes partes a
petro cardinali de luna in confes
sorem assumptus est quo tempore
scismate crescente: prefatus cardi
nalis in papam electus canonice
non est: qui dictus est benedictus
decimustertius qui sanctum dei
instituit magistrum sacri palatij.
Cum seruus dei illi sepe persua-
deret vt papatum relinqueret vt
sic scisma de ecclesia tolleretur et
tardando dissimularet recessit ab
eo:z in terram saraceno:um intro
iuit:et ad pristinum redijt officiū.
Dicitur de eo quod dum semel p̄
dicaaret de iudicio vniuersali zdi-
ceret illud verbum. Surgite mor-
tui:venite ad iudicium: quod vox
illa fuit tanti clamorisqđ omnes
qui aderant trina vice quasi mor-
tui in terra cecidere. Et tunc ad
eius predicationem aderant qua-
si triginta milia hominum. Pre-
terea de eius voce exemplum illi⁹
monachi qui cupidus erat ipsum
audire:sed non valens in campa-
nili.per decem miliaria audiuit.
Unde patet quomodo magnus
fuit viuens zc. Secundo magnus
zc. Fuit prophęta z plusq̄ prophe
ta.officiū prophete est futura pre-
nunciare:preterita z presentia co-
gnoscere. Sctūs deiſſm omne tp̄s
prophetauit. ¶ Primo ꝓphetauit
futura: vt patet de Calixto papa
Cū valentie predicaret:anūculus
Calixti pape dictus ferrādus con
duxit paruū calixtum ad sctm̄ dei
vt ei daret suam benedictionem.
Cui dixit sanctus dei. Mittatis
hūc puerum ad scholas: quia ma
gnus adhuc erit in ecclesia dei: sci
licet papa:qui me honorabit. Qđ
factum est:quia ipse fuit qui eum
canonizauit. Preterea exemplum
illi⁹ qui caput fratris sui sub chla
myde ferebat credens habere ca-
put vituli:predixit eum mori iubē
te iustitia dum esset in predicatio-
ne. ¶ Secundo fuit plusq̄ prophe
ta: quia annunciauit presentia.
Cum aragonie missam celebraret
presente rege Aragonie:morā tra-
xit in missa et lacrimas fudit plus
solito: interrogatus si quid noui
accidisset? Respondit illa hora pa-
trem suum migrasse ad deum:qui
locus erat multum distās. preter-
ea alia vice in britannia predicās
in ipsa predicatione oratioui se de
dit per longam moram: et postea
predicationē prosequens dixit po-
pulo. Non miremini:quia genitri
cem meaz agnoui migrasse ex hac
hora:vnde pro illa oraui nūc. Ter-
tio annunciat preterita:cum san-
ctus dei haberet socium suum in
quadam ciuitate infirmum dixit
sanctus dei socūs suis. Filij mei:so
cius vester mortuus est:pro illo ro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cetis:quia eius anima ad purgatorium iuit:z sic intra dies tres ad paradisum iuit. ¶Tertio magn⁹ ꝛc.Examinatis miraculis a Nicolao.v.et Calixto eius successore inuenti sunt viginti et octo mortui ab eo suscitati. Preterea creme de Matthęo armigero sancti angeli a medicis desperatus apparuit ei in visione: et mane sanatus est. Preterea ibi puella inuenta est mortua per horas tres: in puteo inuẽta est:sed merito serui dei suscitatur. Preterea mantue domina Marchesana peperit sine dolore voués sancto dei:preterea dum missa cãtaretur de eo quedam peperit sine forma:dum diceretur introitus apparuit caput. Dum Kyrieel.apparuit digitus vnus: z sic deinceps.vnde in calce misse tot⁹ apparebat homo. ¶Secũdo magnus ꝛc.Cum dei seruus esset annorum.lxxv. mortem predixit suã in presentia ducisse britannie.Sũptis sacramentis elevatis in celũ oculis spiritum tradidit. Episcopus autem ciuitatis eum manib⁹ suis sepeliuit:quo mortuo ducissa britannie tenuit corpus' eius super terram tribus diebus quibus claruit miraculis: z demum in tumulo positum est.Dum processus fieret de miraculis suis.lxvj.peste percussi sanati fuere:sepultus est in ciuitate Nantes:in ecclesia cathedrali:qr forte ordo conuentum non habebat. ¶Tertio regnãs in celo vbi coronã accepit ẽm Tho. ij.de regi.prin.quadruplex est corona qua coronabantur imperatores.Prima aurea qua reges coronati sunt.In monarchia iudeorũ. Saul:Dauid:Salomon:Roboã: Ables: In monarchia troianorũ. Priamus:Alexander:Hector:Paris.In monarchia latinorum.Saturnus:Pyrhus:Eneas:Astanⁱ Romulus. In monarchia persarum.Cambises:Darius: Xerces: Alexander magnus. ¶Secunda corona argentea:qua reges z imperatores coronantur. ¶Tertia ferrea qua imperator ex villa modoetie in signum qđ primus imperator germanus Karolus magn⁹ sic dictus colla regũ longobardorum suarũq; gẽtium perdomuit: ibi accepit coronã ferreã:quia ibi sepulti sunt reges longobardorũ. ¶Quarta laurea:qua victores romanorum coronabantur: quibus dabat triũphus triplex:nec triumphare quis poterat : nisi prius.v. milia hostium in bello vicisset:vt habet Valeꝛ. sub rubrica de iure triumphãdi. Ad propositũ. Deus coronat z coronauit sanctum Vincen.hac quadruplici corona. Prima aurea:que dat oĩbus pro premio essentiali. Secũda argẽtea:q̃ dat virginib⁹ pro p̃mio accidẽtali. Tertia ferrea pro constantia in tribulationibus:z dat martyrib⁹. Quarta aurea que dat doctorib⁹ in signũ scientie. His omnibus coronatus est beatus vincẽtius. Applica eas tuo modo . Dicq; aliquod miraculum in fine si videbitur. Ideo magnus vocabitur ꝛc.

¶In festo sancte Catharine Senen sis.



Anc amaui z exquisiui a iuuentute mea:et quesiui mihi spõsam assumere:z amator factꝰ sum forme illius.Sapiẽtie.viij.Diuina sapientia illus supremi: excelsi et alti imperatoris dei ꝯtunq; diligat vniuersaliter omnes creaturas:vt scribit Sap̃. xj.c.Diligis omnia q̃ sunt: z nihil

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

odisti eorum que fecisti: quia sunt bona in sui natura. Gene.i. Vidit deus cuncta que fecerat ⁊c. et apostol⁹ .j. Timothei .iiij. bona est omnis natura. Unde spãlius dilexit hoiem quem formauit ad sui imaginẽ ⁊ similitudinẽ. vñ Lac.i.iij. Deus veri pris officio functꝰ est: ipse corpus effinxit: ipe aiam qua spiramꝰ infudit: illius est totũ qcquid sumus. ille, Primo quo ad corpus nõ curuũ sed rectũ. Oui.j. Meta. Pronaq; cũ spectẽt aialia cetera terram . Os homini sublime dedit: celumq; videre Jussit et erectos ad sydera tollere vultus. ⁊ Lactan. in lib. de opifi. dei ⁊ hominis ad demetrianũ. Cuz statuisset deus ex omnibus animantibꝰ solum hominem facere celestem: et cetera vniuersa terrena : hunc ad celi contemplationem rigidũ erexit ibi pedemq; constituit. Ille. Secundo quo ad animã cũ suis potẽtijs. Memoria: intelligentia: voluntate. Qõ consyderans dinus Ber. super Can. Parum ne tibi videt o homo. Cogita qualẽ te fecit. Mẽpe fm corpus egregiã creaturam: fm animã magis imagine creatoris insignẽ: rõnis participẽ: eterne beatitudinis capacẽ. Ille. ⁊ iz amauerit' oẽm creaturã intimo amore tñ particulariter amauit spõsam suã Catharinã : quã dignatus est ornare altis: immensis ⁊ angelicis priuilegijs. Un̄ bene Br. Hãc amaui ⁊c. In reassumptione thematis et declaratione fiat practica . Ista est illa q̃ habuit omnẽ sciam. Hec est que habuit desponsationẽ celestis spõsi. Hec est que facũdia sua obtinuit a summis pontificibꝰ qcq̃d voluit: hec est q̃ habuit triplicẽ coronam: virginitatis martyrij doctoratus. Quapropter ꝑsyderanti mihi maxima merita lingua heret palato: omne humanũ ingeniũ deficit: tñ volo conemur ꝙ de multis pauca perstringuamus in ei⁹ laudem ⁊ ad nostram consolationem spiritualẽ. Et hoc faciemus in tribus mysterijs.

Primum dicitur puritatis.
Secundũ dicit conformitatis.
Tertium dicit sublimitatis.

¶ Conclusio est phi in .viij. Ethi. vt etiã hz plato in Timeo. ⁊ Tho. .j.ij.q. xxv. arti. iij. Qõ similitudo est cã amoris. ⁊ Sap. xiij. Omne aial diligit simile sibi: exẽpli gratia de cane ad canẽ: de catta ad cattam. Et ratio huius dilectionis est qz sunt vnus specici: vñ mutuo se diligũt. Et similitudo est cã amoris. Econuerso quidem. Dissimilitudo est cã odij: quia vt hz phs. ij. de generatione. Contrariorũ contrarie sunt cause. vt ptz de odio inter canem ⁊ cattã. canẽ ⁊ lupũ. Et si dicetes. o pr in domo mea habeo canẽ ⁊ cattã: qui se mutuo diligunt. Rñdeo: ꝙ nõ est naturale sed per accidens: qz se associauere per assuefactionẽ. Ad propositũ. Similitudo est causa amoris. Creatura est simílis suo factori per virtutes. Gen. i. Faciamus hominẽ ⁊c. Et ꝙto est melior: purior: ⁊ santior: tãto plus a deo diligit: qz plus est et similior. Similitudo est causa amoris. Deꝰ est summa puritas ⁊ pulchritudo. In ps. speciosus forma pre filijs hominum. Can. v. Dilectus meus cãdidus ⁊ rubicũdus. Cum sit pulcher nõ nisi pulchros spũali pulchritudine diligit. Unde Damasce. Setũs deus nõ nisi in sanctis habitat. ⁊ ps. Domum tuã dne decet sanctitudo. de prio ad vltimum. Deus diligit creaturam bonã ⁊ sanctam: et plus ꝙto fuerit pulchrior: et sanctior: et melior. Ad propositum nostrum. Ca-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tharina fuit puriſſima. Et hoc qui dem triplici puritate.
Primo puritate baptiſmali.
Secundo puritate virginali.
Tertio puritate cordiali.
¶ Primo ꝛc. Et eſt qñ hō baptizaꝫ tūc purgatur a peccato originali. ꝛ vt dicit Ric. in. iij. diſt. iij. arti. iiij. qō. iiij. Anima ſanctificatur in baptiſmo vniuerſali ſanctificatione quādo purgatur a peccato: i qua ſanctificatione gra cōferꝫ: ſed nō confirmaꝫ quin poſſit ab illa recedere: hec autē ſanctificatio datur oibus baptizatis. Quia baptiſmꝰ vt dicit Tho. in. iiij. diſt. iiij. ar. j. hz purificare baptizatum ab oi pctō ꝛ actuali ꝛ mortali: ꝛ originali: vt ptz in adultis qui cōtrite accedūt vnde ſi iudeus nouiter baptizatꝰ moꝛeretur ad celum ſtatum euolaret: Catharina Senēſis habuit puritatē propter quā fuit adamata a xp̄o ſponſo: quia a p̄ncipio ſue natiuitatis ſe immunem ſeruauit ab omni peccato mortali. Quod ō omnibus ſanctis noſtris legimus. Si tñ in aliquo minimo errabat cum Joanne dicat. Si dixerimus q̄ peccatum non habemus ꝛc. ita fiebat ac ſe macerabat ac ſi fuiſſet mortale. vnde dicere poterat cum Tob. Mundam ſeruaui animam meā. Siꝫ in. ij. parte legēde ſue. c. vj. Qō in conuerſione Pauli dum contēplareꝫ eius cōuerſionē: cepit amariſſime flere ſup vitā ſuaz. Et xp̄s illi apparuit di. Noli flere o filia mea cōtēplatiua Catarina: qz tota es in gra mea ſm Thoſñ. j. ij. q. xxij. Quibuſdā perſonis fuit declaratus ſtatus gre ſue in preſenti: vt Abrae. Señ. xxij. Moyſi. Exo. xxij. Paul. ij. Cor. xij. Magdalene. Luce. vij. Marie virgini. Luce. ij. Joā. bap. Hiere. Latroni ex priuilegio ſpeciali. Sic etiā ſponſe Catarine ſenēſi vt hic ptz. Ecce qō habuit primā puritatē baptiſmalem. Beatus qui hanc cuſtodit: qz pauci ſunt. ¶ Secundo fuit pura puritate ꝛc. ſm Tho. in quolibet ir. q. x. Ad verā virginitatem duo concurrūt. Unū materiale: aliud formale. Materiale vero eſt primatio omnis delectationi. Formale vero eſt propoſitum nunq̄ experiendi delectationes carnales. Et ſi quis haberet virginitatem quo ad primū: ꝛ non quo ad ſcōm: non proprie diceretur virgo. Nec ſi talis moꝛeretur haberet coronā ſiue aureolam que datur virginibus in patria. Unde puelle que ſunt i domo parentum ꝛ cupiunt habere viros: quia tales ſunt virgines ſm corpus: ꝛ nō ſm mentē priuantur aureola virginitatis. Que ergo vere eſt virgo: coronatur ab altiſſimo. Maxima gratia eſt iſta q̄ deo ſumme placet. Prouerbio. xj. Qui diligit cordis mundiciā: diligetur a dño. Et Lactā. in. vj. Hi enim ſancta ꝛ ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſyderat q̄ ſolam innocētiam. Quā ſi quis deo obtulerit ſatis pie religioſeq̄ litabit. ꝛ Ambro. lib. de virginibꝰ. ſupergreditur virginitas conditionem humane nature. Figura Apoc. xiiij. Quod Joannes vidēs cetum virgineū de eis mentionez fecit: qđ non eſt de aliis. Hi ſunt q̄ cū mulieribus nō ſunt coinquinati ꝛc. Hanc puritatem habuit beata Catarina. De ea legitur q̄ cuz eſſet ſeptēnis votum vouit chriſto virginitatis. Et vt melius poſſet eam conſeruare voluit aſſumere medium. ſ. ſanctam penitentiam qz corpꝰ hominis eſt ſicut equus bene paſtus qui recalcitrat. Prouerb. xxix. Qui delicate nutrit ſeruum ſuū: poſtea ſentiet eum cōtu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

macé.Duz esset iuuenis ꝛcepit ab stinere a carnibus.Greg. Ubi car nes comedũtur modica pnia est. Et vinũ lymphatũ sumebat: sine oi sapore.Non immerito:qz vt dicit apls Ephe.v.Nolite inebriari vino:in quo est luxuria.ꝛ Prouerbio.xxj.luxuriosa res est vinuz.et Hiero. Uenter vino estuãs facile despumat in libidinẽ. O iuuenes seruate vos a vino.in.vj.Polico. Juuenes maxime ab ebrietate custodiri opz.Catharina se priuauit in etate.xv.annorũ isto vino totaliter:ꝛ per.xx.ãnos solũ bibebat liquorẽ de succis herbaꝝ. Preterea erga carnẽ induebaꝫ cilicio et cingebaꝫ quodam cingulo ferreo qđ erat sanguine intinctum.Dormiebat sup asseres. Et pro ceruicali habebat quoddã lignũ.Ad tm deuenit ꝙ nõ dormiebat pluscꝫ p horã. Preterea se disciplinabat quadã cathena ferrea trib⁹ vicibus oi nocte:ad modũ patris sui Dñici. Ex quo factũ est:vt corp⁹ eius macilẽtũ redderet:ꝛ in signuz huius cum mortua esset pellis vmbilici inuẽta est adherere ossibus renuz eius.Unde quõ se afflixit p conseruatione virginitatis.Magna fuit penitẽtia marie egyptiace: q̃.xvij. annis stetit in deserto cum herbis crudis.Magna penitentia marie magdalene:que xxx.annos in penitẽtia fuit. Magna pnia thaidis meretricis q̃ Alexãdrie combussit oĩa sua ꝛ desertum petijt. Magna pnia Hiero.q̃ in deserto fuit pluribus annis. Sed nõ mior Catarine seneñ.De Hiero.scribit ꝙ non gustauit vinũ ad reprimẽdã libidinem. De Catarina habes ꝙ.xv. annoꝝ exñs priuauit se vino ꝛ per annos.xx.fuit cũ succis herbarũ. De Hier.dr ꝙ induebatur sacco. Hec aũt cilicio ꝛ cingulo ferreo. De Hier.dr qđ dormiebat sup terram nudã.Hec aũt super asseres. de Hieronymo dicitur ꝙ se disciplinabat cathena ferrea: Ugo autem hec idez agebat.De hieronymo dr.Quotidie lachryme: quotidie gemitus. De Catarina dr qđ semper in meditatione peccatorũ suorum etiam minima deflebat. Qđ totum egit hec sancta pro cõseruatione sua virginitatis. Unde demones inuidẽtes sue puritati ꝛ virginitati quadã vice intulerunt ei plures molestias apparentes in diuersis formis bestiarum. Unde ex hac visione cepit sctã dei viriliter dimicare.Cui xp̃s apparuit cũ maximo lumine: ꝛ effugauit illos sp̃us immũdos. Qđ illa vidẽs tãꝯ alter Antonius dr.Ubi eras o bone iesu? Quare pmisisti me tot pcussionib⁹ pturbari? Rñdit xp̃s.Bene aderã O Catarina in corde te fortificãs.Si nõ fuisses tecũ: nequaꝯ victoriã habuisses cõtra demones. ¶ Tertia puritas ꝛc.hz phs.ij.phy.omne agẽs agit ppter finẽ:ad quẽ finez creat hõ? Certe ad finẽ vite eterne: vt dicit magister in.ij.di.j.Ad istũ finẽ nõ possum⁹ puenire nisi per media. de quib⁹ Mat.xix.Si vis ad vitaz ingredi:seruaꝛc.Qz.ij.phy. Nemo põt tẽdere in finẽ: nisi per media. sed nullũ mediũ efficacius ꝙ puritas cordis quã querit deus. Prouerbio.xxiij. Fili prebe mihi corꝛ tuum.ꝛ.xiiij.q.v.c.Si quid de⁹ interrogat corꝛ non manũ. Ideo xp̃s Mat.v.Beati mundo corde: quoniã ipsi ꝛc.Qui cupit videre deuz habeat corꝛ mũdũ. Ad hoc studuit beata Catarina. Cũ enim semel diceret.Miserere mei de⁹.ꝛ peruenisset ad versum illũ. Corꝛ mundũ crea in me deus.apparuit sibi dominus:ꝛ abstulit eius corꝛ. In tpe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

triũ dicrũ quib⁹ stetit sine corde. Dedit ei dñs cor nouum di. Filia mea Catharina dedi tibi cor nouum: vt sis totaliter mũda in conspectu meo. Et claudẽs locũ illuz cõsolidauit. In huius signũ semp remanet cicatrix quedã. Unde in oratione sua di. Dñe cõmẽdo tibi cor tuũ: z nõ meũ. Unde er hoc ad tantã venit puritatẽ: qz nihil cogitabat aliud nisi christũ et matrez eius. Cum quibus sibi apparentibus officiũ in camera dicebat. vnde pz primũ. ¶ Secũdũ dz zc. spõsa se debet conformare spõso. Qz Catharina fuit xpi sponsa. Quesi ui inquit mihi sponsaz: ideo fuit ei conformis in tribus.

Primo in proximi dilectione.
Secundo in mundi despectione.
Tertio in stigmatũ susceptione.

¶ Primo zc. Tho. ij. ij. qõ. xliij. arti. j. Diuina precepta ad duo reducuntur.

¶ Primo ad dei dilectionem.
¶ Secundo ad proximũ: sine dilectione nihil agimus ad vitam eternã. Beata Catharina hãc habuit: quia ardebat proximi charitate. Sensi fuere duo iuuenes ad mortẽ sententiati. Dũ super currũ ducerentur vi doloris clamabant: deũ blasphemabãt z sanctos. Sãcta autem erat in domo z videns eos desperatos cepit eis predicare et irã eorũ conuertit in dulcedinez. vnde ad mortẽ libẽter iuerũt. Migrantes ad purgatoriũ eos liberauit. ¶ Preterea in eadem ciuitate quidam Nicolaus nomine de Perusio qui morti sententiat⁹ quia verbum contra statuz dixit. Caue dominiũ. Expẽpluz dñi Cicchi q̃ dixit in morte qz sui filij non se itromitterẽt de curia: qz dñoruz curia est fortune sicis: desperãs de vita sua: virgo ipsum in carcere visitauit. z verbis suis ad mortem deduxit gratãter. ¶ Preterea quidam ciuis nomine Andreas qui habebat vulnus cancri in stomacho cui nullus seruire volebat propter horrorem vulneris: ipsa eidẽ seruiuit. Et dum haberet vomituz sumpsit pro potu reliquias vulneris. O charitas immensa. Preterea cum populus Romanus occidere vellet Urbanum papam. vj. ipsa orauit Christum qõ hoc non permitteret. Et christo respondente. Qõ tanta erat nequitia illius populi: qõ illo scelere perpetrato volebat ipsum populũ submergere. Respondit illa se velle omnem penam portare: dummodo illud malum auferret: quod z factum est. Fuit enim data in manib⁹ demonum qui eam crudeliter vulnerauerunt: quasi mortuaz sinentes. Assimilatur Paulo emilio q̃ a dñs petũt fortunam seuire in domum suam: vt respub. incolumis seruaretur. Et Codrus athenienses in oraculo Apollinis cognouit patriaz fore victricez contra Dorienses si ipse in prelio moreretur. Qui habitu mox mutato in medium hostium se iniecit: vbi interfectus est: et patria victrix extitit.

¶ Secũdo conformis fuit xpo zc. xps Jesus semper mundũ despexit qui per Joannez dixit. j. Joã. v. Nolite diligere munduz neqz zc. Et Aug. ad eremitas. Scriptũ est fratres charissimi qõ mundũ non diligamus: qz qui voluerit mũdũ diligere inimicus dei cõstituetur. Ille. Et hoc matrẽ pauperem elegit patrẽ Joseph carpentariũ. xij. piscatores. Catharina Senensis fuit xpo conformis: qz mundũ despexit. Cũ eñ esset annoruz. xij. cogitantes parentes eaz nuptui dare miserũt eam ad sororẽ suã nu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ptã vt eã hortaretur ad politias z mundi delitias. Sic pr̃ et mater ad hoc p̃tendebãt:vñ obtulerũt ei ornamentũ capitis iocale torques? Rñdit virgo. Christus meꝰ portauit in capite coronã de spinis. Unde nõ decet sub capite spinoso membrum fieri delicatum. ¶ Secũdũ ornamentum anulos z chirothecas? Rñdit virgo. christus meꝰ habuit clauos. ¶ Tertium ornamentum peduz caligas pulchre increpide rñdit virgo. christus meꝰ habuit clauos in pedibus. ¶ Quartum ornamentũ fuit vestis cũ cauda cũ aliꝫ indumentis. Rñdit virgo. Christus meus fuit indutꝰ alba veste in derisum. ¶ Quintũ ornamẽtũ est in pectore:anuli decori cũ adamãte. Rñdit virgo. Christꝰ meus habuit latꝰ p̃foratũ. Et ego misera talia deferã? videntes aũt hec parẽtes i despectũ dederũt ei vilia officia ad faciendũ. s. coq̃nã. Voluit aũt in hoc humiliari vt ex alteret:qz vt dicit Lactan. in. vj. c. v. Quisq̃s vitã anime voluerit vitã corpis contemnat necesse est. z Eccle. iij. Quanto maior es humilia te in omnibus. Posuit autem se in ofone in qua rapta est et vidit omnes patres ordinis cũ habitibus suis. Querentes autẽ qualem vellet habitũ recipere:oculos suos fixit ad habitũ predicatorũ: scz patrẽ dñicũ se cõtulit:quia est religio sancta realis nõ phãtastica:non duplex. Unde ordo malleus hereticorum:ortus delitiarũ. De quo ordine dixit Alexãder q̃rtus papa. Hi sunt viri probati in lege dñi:fratres ordinis diui dominici: efficaces quidez in opere atq̃ potentes in predicatione. Quia vbiq̃ per mũdũ ipsorũ ora intonãt velut tube. Et in omnem terrã exiuit sonꝰ predicationis eorũ:et vsq̃ ad fines orbis terre sua salutifera verba sonant. Ille. Euangilans autem ipsum cum summa deuotiõe suscepit. Qui dr ordo tertij habitus scti Dñici:quia est altercatio minorũ cõtra nos de isto tertio habitu:ideo audiant. Btũs Dñicus fecit scholares de militia Jesu rp̃i sic nuncupati:qui dicuntur sic adhuc rome in memoriã illiꝰ schole. Eliminatis autẽ hereticis p ipz sanctũ dominicũ p italiã z totã x̃pianitatẽ illud nomen de militia fuit mutatũ in nomen de penitentia scti Dñici q̃ dicunt tertij ordinis. Qui tertiꝰ ordo fuit solẽniter approbatus p põtifices:inter quos per Joan. iij. per Bonifacium. ix. per Innocẽtium. vij. qui plura priuilegia eis cõcessit. vnde nec plus nec minus habet tertius ordo minoruz sicut iste. ¶ Tertio fuit conformis ꝛc. Quatuor legimus habuisse stigmata: sed diuersimode. Primus fuit Paulus:qui de seipso dicit Galatas. vj. Ego stigmata domini Jesu in corpe meo porto. non corporaliter: scilicet signa passionum in manibus z pedibus:sed dicũtur stigmata:id est passiones et tribulationes quas apostolus habuit pre ceteris apostolis:vt ipse alibi dicit. Crucifixꝰ sum. Secunda fuit. b. Margareta de vngaria regina que realiter habuit. Tertius fuit Franciscus:sed modo particulari quo nullus aliꝰ habuit in monte auerni. Cui x̃ps in mõ seraphin appuit:et impressit manibus z pedibus:z lateri signa sue passionis. o dignitas. Quartus fuit Caterina:in sancta christina de pisis:que die dominica cõmunicatura añ altare existens cũ diceret sacerdos. Dñe non sum dignus vt intres ꝛc. Rñdit x̃ps vocaliter. Et ego sum dignus o Ca-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tharina. Eleuata est in extasi post cõioné z petüt a christo expiri dolores ipsi9 xpi quos habuit in cruce nõ cõtenta mori donec habuisset hanc gratiã. Uidit iesum in forma crucifixi sibi apparentẽ sup se radios sanguineos emittẽtem ex quinq; cicatricib9 sui corpis vidẽtibus plurib9 vtriusq; sexus. Ipsa autẽ petiuit ne apparerent visibiles illi radij in suo corpore et mutati sunt in radijs solaribus. Et ex hoc quasi mortua remãsit. Reuersa ad se narrauit patri spirituali per ordiné rem. O fatuitas quorũdam. O demẽtia qui grunniunt contra sanctam dei predicant predicatores Antichristi. O sine ratione. o inuidia. o peruersi: applica ad libitum. ¶ Tertium dicitur zc. Sublimauit eam christus spõsus in tribus priuilegijs.

Primo in fidei desponsatione.

Secundo in miraculorum chorusscatione.

Tertio in glorie coronatione.

¶ Prio zc. Magnũ priuilegiũ est esse spõsam regis frãcie: neapolis: vngarie: z magis Jesu xpi vt fuit Catharina, semel in camera exñs virgo sanctissima: apparuit ei xps cum matre sua: z cum his Joan. euange. Paulus apls. Dauid cũ harpa in manib9: z beatus dñic9. Uirgo maria porrexit manuz Catarine filio suo. Et xps eã desponsauit anulo suo. de quo Osee. v. c. desponsabo te mihi in fide. O priuilegium magnũ nõ est cõcessum hoc nisi huic virgini et Catarine martyri. Ecce de primo priuilegio.

¶ Secũdum est zc. Claruit miraculis tripliciter. Primo in vita: qz dum esset rome cum. xxx. personis in cõuentu: nec esset panis p prãdio publice multiplicauit panem in mẽsa in abundãtia. Pterea alia vice multiplicauit vinũ dum non esset in vegete. Scõo in morte: qz plurimos infirmos sanauit varijs languoribus detentos cecos illuminãs zc. ¶ Tertio post mortem quia nõ cessat implorare p nobis auxilia. Exemplum de byzeto suo qũo dux Saxam fuit sanatus a febre cõtinua qui in palatio suo Catharinã pictã hz cuz stigmatibus suis. ¶ Tertio dicit zc. Anno dñi ccclxviij. ciuitas florentina contra põtificẽ circa. lx. ciuitates detinebat et innumera castra. Quãobrẽ Gre. papa. xj. excõicauit eos: vnde coacti sunt implorare katarinam p ambasiatrice quã miserũt anignionem ad Grego. xj. qui tũc papa erat. Papa autẽ cõmisit cãm Katarine. Que reuersa est florẽtiam et exhortationẽ maximã fecit populo super pace. Interim res aliquãtum dilata est. z Greg. xj. moriẽs succesit sibi Urbanus. v. sub quo per sanctam dei facta est pax. Dũ aũt virgo senas esset reuersa vocata est per eũdem Urbanũ romam. Que veniens fuit rogata vt sermonẽ haberet corã papa et cardinalibus sup schisma qđ erat inter eos: qđ z fecit z eos ad pacẽ reduxit. Sed queris quare predicauit cum paulus inhibeat mulieribus predicare. j. Cor. xiiij. Mulieres in ecclesijs taceãt. z. j. Tim. ij. Docere mulieri non permitto? Respondeo qđ est verũ: z tamẽ cũ quibusdã dispẽsatum est vt predicarent. propter maximas virtutes in eis existẽtes. vt magdalene que marsiliam quertit. Catarine martyri que ỹnquaginta oratores conuertit: et cecilie que conuertit Valerium. Theodore que conuertit Sisinniũ: vt sic verificaret verbũ apli. j. Cor. vij. Sanctificatus est vir infidelis p mulierẽ fidelez: inter quas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indicauit secretū. Unde pe.da. O incōparabilē virū: pfert christus verbū in medio z tot⁹ iacet senat⁹ apl̄or. Tacet lingua q̄ clauis facta est celor. Nemo audet os aperire Jo.in se discipulorū psona accepta consultor accedit.Ille. Ubi dicūt doc.qđ si xp̄s petro p̄dītorē manifestasset ip̄m dentib⁹ laniasset. Tertiū signum ꝛc. Dignitates Joānis fuerūt quatuor. Prias apl̄s in apl̄is.Euāgelista in euangelio.pphēta in Apoca.martyr in supplicio.vñ Pe.dama. Quid in cunctis virtutibus Jo. incōparabiliter nō excedat? Apl̄s siquidez in epl̄is. Euangelista in euangelio.prophēta in apo.martyr etiam fuit. Ex quo ceteris apostolis in carne prolixius mansit:eo durioris martyrū tormēta sustinuit.Ille.De apo.dicitur. Quod quidaz demoniacus Mutine dixit.Quod deus et diabolus tantum librum illū intelligebant. ¶Quartum signum ꝛc.Joan.xix.dr quod Christus in cruce positus videns matrem ad pedes crucis totā lachrymosaz et mestam cōpassus est illi. Et dixit Joāni.Canta.fili ecce mater tua.Credendum est qđ si meliorem inuenisset inter eos ei vtiqz recōmendasset:qđ nō inuenit. ſm sniam Albert.Sex Christ⁹ habuit in hac vita et possedit. Primo corpus suū qđ cōmendauit Richode mo.Scđo aiam quam patri suo. Tertio substātiā tpalem:quam iudeis.Quarto ecclesiā quā cōmisit petro. Quinto apl̄os quos cōmisit p̄r̄i in recessu.Joan.xvij.Pater sctē serua eos quos dedisti mihi. Sexto matrē:quā Joan. Fili ecce mater tua.Ubi dixit Alber. qđ sicut petrus fuit p̄r̄ ecclesie:ita Jo. fuit pater spūalis mr̄is. Tria facit pater spūalis,Primo confitet, Scđo baptizat,Tertio sacramenta ecclesie ministrat.Ita Joā.euāge.virginem baptizauit:et oia sacramēta ecclesie ministrauit. Fili ecce mr̄ tua.Hoc autē fuit maximum priuilegiū triplici ratione. Primo rōne recōmendationis: qr sez tm̄ thesaurū sibi cōmisit.s.matrem dei. ¶Secūdo ratione recōmendationis:quia oblitus suorū vulnerum matrē non dat obliuioni:z de discipulo recordat. ¶Tertio ratione modi recōmēdandi:qr non dixit matri.Ecce nepos tuus: sed fili⁹ tuus.Fili ecce mater tua. Deinde dixit matri. Mulier ecce filius tuus.Quare non dixisti mater.o Jesu quare non vocasti illaz meschinam mater:quia forte crepuisset ꝛc.Circa hoc ē duplex opinio:prima est Chrysost.quia mors tua cecidisset:vt dr.ff.de offi.presidis.l.diuus.Afflictio non est danda afflicto:sed eius miserijs miserendum:vbi dicit Damiañ. quod omnes dolores fuerunt ei seruati in passione filij:qui superarūt oēs dolores.Non dixit mater ne ei dolor maior augeretur: qñ paruul⁹ patitur magnam penam mater ei compatitur. Et si loquitur dulciter conquerendo ei magis compatitur et magis affligitur:sic et beate marie cōpatiēti filio:cū videret eum in angustijs ne dolorē ei xp̄s augeret nescijt ei loqui dulciter di,matrē qđ est nomen dulce: sed dixit mulier.Alia ratio ad tollendum opi.aliquorū hereticorum dicentiū virginē fuisse angelicā z non mulierē. Mulier ergo:ecce filius tuus,vbi dicit Raban⁹ qđ Jo. fuit pforat⁹ gladio illius doloris. quo pia mater fuit pforata. vñ Dātes xxv.paradisi. Hic est ille q̄ iacuit supra pectus nostri Pelicani z iste fuit e cruce ad magnum electus officium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

officiū. Quid in cruce dixerit ma-
tri in seipso ostēdit poeta quidā.
Mea benedicta mater. Valde af-
flictā te video: lachrymę tue sunt
sagitta que cor meum trāsfixit: no
li flere mea mater. Nam tuus lu-
ctus est mihi pena: suffer donec a
morte resurrexero. Quare non re-
spondet virgo ad illud verbum fi-
lij in cruce? Respondeo q̄ erat to-
ta fessa habens cor transuerbera-
tum doloribus. ¶ Secundum ꝛc.
Pone hanc cōclusionem q̄ sapiē
tia profunda Joan. precedit oēm
scientiam huius mundi: omnium
theologoꝝ: oium doctorum: oium
phoꝝ. Magna fuit sapientia Sa-
lo. q̄ disputauit ꝛc. Magna orig. q̄
vj. M. vo. li. legit in scholis. Non
credo ip̄m dānatum. Magna Au
gu. qui de epistolis ꝛ tractatibus.
iij. M. vo. scripsit. Magna Alber.
magni. de quo pi⁹ papa precipua
est alberti magni scientia qui nul
lum doctrine gen⁹ creditur igno-
rasse. Magna Tho. de quo Inno-
cen. papa: huius doctoris sapien
tia pre ceteris excepta canonica
habet propietatem verborum: :
modum dicendorum: veritatē sen
tentiarum: ita vt nunq̄ qui eum
tenuit inueniatur a tramite veri-
tatis deuiasse. Qui scripsit. cxiij. li
bros: sed maior Joannis euange.
sup omnes: que fuit figurata Eze
chie. xvij. vbi dicitur. Aquila gran
dis magnarum alarum: lōgo mē-
brorum ductu plena plumis ꝛ va-
rietate venit ad libanuz ꝛ tulit me
dullam cedri. Moraliter. Ista aq̄-
la est Joan. qui comparatur aq̄le
Apo. iij. ꝛ. iiij. alas similes aquile.
Fuit hec aquila magnarum ala-
rū qui altissime super oēs volauit
altitudine scie. Venit ad libanum
id est celū: tulit medullam cedri:
qui est x̄ps medullā diuinitatem
non corticē. i. humanitatē. Unde
nō immerito aq̄le cōparat ꝑpter
cōditiōes q̄s aq̄la hz: q̄ sunt tres.
Primo in volatu altitudinem.
Scdo in venatu generositatē.
Tertio in construendo nidum sa-
gacitatem.
¶ Primo ꝛc. Alti⁹ oibus volat: et
dr regina auiū. Sic Jo. in eloquen
do de filio dei: altior omnib⁹ alīs
euan. et sanctis, volauit: ꝛ locut⁹
est apud grecos Orige. Chrisosto.
Dam. vocantur doct. exim̄ij: apud
latinos: paulus vocat doctor gen.
sed Jo. euāg. oēs antecellit. vnde
Orig. de paulo dicit ꝛ de Joā. euā-
ge. Paulus raptus est vsq̄ ad ter-
tiū celum. Joā. transiuit omne ce
lum. Paulus rapt⁹ vsq̄ ad para-
disum. Jo. supra oēm paradisum in-
trat in cām cārū. Añ. Ri. dicit esse
triplicē spm̄. primū hūanū. scdm
angelicū. tertiū diuinū. Joan. vero
trāscēdit hūanū ꝛ angelicū ꝛ pue
nit ad diuinū. Qd̄ ptz Joan. j. In
pncipio. i. añ oia erat verbum. sup
quo hic. ad Pau. hoc Plato ne-
sciuit hoc Demosthenes eloquēs
ignorauit quod Joannes piscator
indoctus edocuit. et Augustinus.
Si altius Joā. intonasset: ea mū-
dus capere non potuisset. Secun
do aquila habet ꝛc. quia cum sit
auis generosa nō querit pastum
de ꝑpe sed de longe. i. in cacumi-
ne aeris. Ita Jo. euāge. venat⁹ est
pastū suū: qd̄ sic ptz. Alij euāg. lo-
cuti sunt de x̄po quo ad hūanita-
tē ꝛ que erāt hūanitatis: vt Mat.
de incarnatio. Mat. j. liber gna-
tionis ꝛc. Marc. de resurrectione.
Lucas de morte. Sed Jo. de istis
noluit se intromittere: sed altior
ascendit q̄ ad diuinitatē ascendit
loquens de nati. eternali: qua fi-
lius est patri equalis. Unde figu
rate loquens Eze. j. dicit se vidis-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

se.iiii.facies alalinum. ¶ Primo facies hois: per quã Matth. Secõ facies leonis: per quã Mar. Tertio facies vituli: per quam Luc. Quarto facies aquile: per quam Joan. Et dicit ibi et facies aquile desuper eorum quatuor. Vñ dicit Tho. sup Jo. c. xxj. qđ ioã. scripsit euãg. post oẽs: vñ oia alia euãge. legerat: et solus replicat. Amen amen ad maiorẽ veritatis confirmationẽ. ¶ Tertio aquila ꝛc. vbi hz Alber. lib. de naturis rerũ: qđ qñ cõstruit nidũ ponit in eo quosdam lapides pretiosos hñtes virtutẽ fugandi serpentes: ne pullos suos occidãt. Sic Jo. euãg. in hoc aquile cõparat: nidũ. i. euangeliũ construxit vbi posuit lapides contra hereticos. i. tot verba: tot sententias vt confutet hereticorum omnes opiniões. ¶ Prima opinio fuit Nestorij cum suis sequacib9 qui dixit christum haberet principium quo ad diuinitatẽ: et quod non fuit ante virginem. Et quando cõceptus et natus de virgine: tunc cepit esse. Joã. cõfutat di. In principio ꝛc. i. in eternitate ꝛ ante oia erat verbũ. s. deus. Si ante oia ergo añ virginẽ. ¶ Secda opinio Sabel. qui dixit qđ nulla erat distinctio in diuinis quo ad psonas Joã. destruxit dicẽs. Et verbũ erat apud deum. in quo denotauit personalem distinctionem realem in diuinis: quia ista propositio apud dicit distinctionem realẽ sicut nullus dicitur apud seipsum qñ secda psona nõ inuenit. ¶ Tertia opiñ. fuit Arrij q̃ dixit filium dei esse minorem patre. Joan. destruxit di. et deus erat verbum. i. in eadẽ equalitate cum pẽmixta illud. Ego et pater vnum sumus ꝛc. ¶ Quarta opi. fuit manicheorũ qui dixerunt oia visibilia esse a demone: inuisibilia a deo. Joã. destruxit. Omnia per ipsum ꝛc. visibilia ꝛc. ¶ Alia opi. fuit etiã manicheorum qui posuerunt christũ habuisse corp9 nõ de virgine: sed de celo delatuz. Jo. destruxit di. Et verbum caro ꝛc. Si erat corpus fantasticum non caro dici posset: cuz caro dicat aliquid cõpositũ ex quatuor elementis. Unde bene dicitur. Hic est discipulus ꝛc. ¶ Tertium mysteriũ ꝛc. Amor christi multus fuit erga suum discipulum Joan. quem decorare voluit duplici priuilegio. ¶ Primum dicitur miraculorum coruscationis. ¶ Secundum dicitur admirande conseruationis. ¶ Primum ꝛc. miracula stupenda fecit Jo. Cum em̃ post penthe. diuisi essent discipuli per mundũ Joan. in asia fuit vbi innumeras ecclesias fundauit: quod audiẽs domitian9 imperator misit eũ in dolio feruẽtis olei a quo illesus exijt sicut fuit immunis ab omni corruptione carnis. videsautẽ imperator qđ non ob hoc cessabat a predicatione delegauit eum in quandam insulam que dicitur Pathmos vbi stans non otiosus scripsit apo. In capite annipse imperator a Senatu Ro. occisus est. Et Jo. Ephesum reuertus est cum maximo iri pudio magnorũ ꝛ paruorũ. Cum ingrederet ciuitatẽ nũciatũ est ei quod quedã deuota sua nomine Drusiana: ad sepulturam deferebatur mortua que querebat eum videre. Joã. aũt eã suscitauit: ex q̃ miraculo duo iuuenes conuersi sunt ad christũ cuz essent nobiles: post dies aliquot videntes isti seruos suos bene indutos fuere male contẽti. O quot sunt de hoc numero q̃ dicũt vt mulier male meritata que dicit ũ esset ad ꝛc. btũs Joan. videns eos tristes misit eos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad mare vt portarēt lapides ꝛ virgas quas fecit in bonum argentum ꝛ aurum: accipite inquit ꝛ redimite bona que amisistis: qꝫ paradisum pdidistis. Interim autez aliū suscitauit iuuenē q̄ narrauit istis de paradiso et alia vita. Preterea quō ad tēplū diane orās corruit: ꝛ ex hoc xp̄ū. M. gētiliū cōuersi sunt. ꝛ Aristodemus cōuersus est ꝛ de filio quē ipse dedit ꝛc. ¶ Secūdum priuilegium ꝛc. cum esset annoꝝ. xcix. apparuit ei dñs cum discipulis suis. d. veni dilecte mi: qꝫ tēpus est vt epuleris in ſquiuio fratrū tuoꝝ. dñica die sequenti fecit se cōduci ad ecclesiam ꝛ populo fecit sermonez de pace: postmodum foueam fecit fieri in ecclesia ante altare maius in quaz ingressus amplius non est visus: vnde sublatus est in paradisum. vnde Jo. fuit dilectus in omni statu. primo in vita vt tactū est supra. scdo in morte: qꝫ cū aplis ad ipsum venit christus. tertio post mortem: qꝫ ipsum ad conuiuiū inuitauit vite eterne. de corpore ei⁹ est quadruplex opinio. ¶ Prima di. q̄ adhuc viuit in hoc seculo. Rō: quia dicūt māna scaturire de ei⁹ sepulchro. sed Aug. reprobat hanc opi. di. qđ christus modicam gloriam charo suo fecisset: si ceteris apostolis cuz christo regnantibus ipse sub terra esset. ¶ Scda opi. qđ est in paradiso terrestri: ꝛ tempore antichristi veniet ad predicādū cuz Enoch ꝛ Helia in fine mūdi. Sed hec opi. reprobat a doctorib⁹: quia cū ipse Apo. scripserit fecit mentionez de duobus Enoch ꝛ Helia. de tertio fecisset. s. de seipso: sed nihil dicit. igitur ꝛc. ¶ Tertia opi. q̄ est in celo tm̄ cum anima: corpore autem est in alio loco nobis incognito: sicut de corpe Moysi quod nō inuenitur: sed hec opi. videtur falsa: qꝫ Joan. esset min⁹ dilect⁹ alīs: cuz corpora aliorum apostolorum reperiātur ꝛ honorantur: corpus autem Jo. euā. nō inuenitur nec honoratur. ¶ Quarta opi. verior videtur q̄ Jo. post mortez statim cū corpe ꝛ alia celū ascēdit. Rō: cū xp̄s eū custodierit Jo. ne in oleo corrūperet ne dolorē mortis sentiret. Si fuit liberalis in mūdo: plus in celo quē in ipso collocauit in vtro q̄. Queritur dubium: quare tātū dilexit Joannem? Respōdet Tho. super ioā. ca. xxj. qđ triplex causa. Prima est puritas: quia virgo fuit. Ecclesia. Virgo est elect⁹ a domino. Secunda est accelerata conuersio: quia maius est q̄ alijs. inuenis ac christum est conuersus. Tertia futura adoptio: quia intēdebat ipsuz ponere i sinū matris.

¶ In festo innocētiū de virginitate.

Virgines eū sunt ꝛ sequūtur agnū quocunq̄ ierit. Apoca. xiij. cum diuina sapientia sit summa puritas et pulchritudo vt cōtinēt sacre scripture in ps. Speciosus forma pre filijs ho. ꝛc. Cañ. v. dilect⁹ me⁹ candidus ꝛ rubicūdus: candidus p̄ puritatē virginitatis. Rubicūd⁹ p̄ sanguinis effusionē. iō summe diligit eos q̄ ambulāt i puritate baptismali. vñ Lact. in. vj. lib. c. j. Nihil em̄ sctā ꝛ singularis illa maiestas aliud ab hoīe desyderat q̄ solā innocentiā. Quā si q̄s deo obtulerit: satis pie religioseq̄ litabit. puerb. xij. Qui diligit cordis mūdiciā hēbit amicū regē. Figuratiue Apoc. xiiij. de turba quā io. vidit de nullo mētionē fecit nisi tm̄ de virginib⁹. Hi sūt q̄ cū mulieribus nō sūt coinq̄nati vir-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gines em̃ sunt: z sequũtur agnuz quocũcz zc. Et cantabãt canticuz super quo Grego. Silr canticũ nouum agno canere est cũ in perpetuũ pre ceteris fidelibꝰ de carnis incorruptiõe gaudere. z iõ Ambr. in li. de offi. In cunctis sacrificijs nullum est deo gratius q̃ q̃ innocens ꝙseruet innocẽtiam. fz Alb. sup Luc. sex sunt sacrificia: sz nullum est deo gratius q̃ innocẽtia. Primũ est ieiuniũ. Joel. ij. Cõuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio z fletu. Scõm oño. Jacobi. v. Multum em̃ valet oño iusti. Tertium est eleemosyna. Esa. lviij. Frãge esurienti panẽ tuuz: z egenos vagosqz induc in domum tuã. Quartũ cõtritio. ps. Cor contrituz z humi. zc. Quintũ cõfessio ps. Dixi confitebor aduersuz me. Sextũ satisfactio. Aug. Nõ dimittitur peccatum zc. ideo in cõmendationẽ virtutis puritatis matrez virginem assumere voluit vt ostẽderet virginitatis excellẽtiã. Hãc habuerunt paruuli ꝑpter quam deo adhęserunt. epla canit. Sine macula em̃ sunt. iõ di. thema. Virgines em̃ zc. Ad laudẽ ergo horuz innocẽtiũ de virginitate qua deo suo placuerunt loquemur: de qua tria videbimus in presenti.

Primum dicitur oppositionis.
Secundum dr declarationis.
Tertium dicitur premiationis.

¶ Primũ dicitur zc. Dubiũ queritur. Quid sit melius: per cõsequẽs nobilius: aut seruare virginitatẽ: aut matrimonium cõtrahere? Arguunt cõiugati qđ matrimoniuz dignius ꝙ ꝙñs seruandum triplici medio. Primum est tale. Omne qđ est cõtra preceptum legis nature z legis diuine omnino est illicitum: z a nullo obseruandum: qz. s. est peccatuz. ¶ Sed status virginalis est cõtrarius legi nature z diuine: igitur zc. Primo contra legem nature: qz vt hz phs in. ij. de aia: z in. j. celi z mun. z in. v. de animalibus. Natura appetit generationẽ indiuiduoꝝ ꝑpter cõseruationez suarũ specieruz. Si non esset matrimoniũ: iam nõ esset procreatio hominum: et sic mũdus deficeret. Cõtra hanc legẽ maxime pugnat virginitas: igitur virgini zc. Scõo est contra legẽ diuinalem. Gen. j. Crescite z multiplicamini: z replete terrã. Contra hoc p̃ceptũ maxime pugnat virginitas. Et sicut illicitũ est seruare legalia antique legis: sic licitum est seruare castitatem: vnde eã seruãtes in veteri lege z nõ relinquẽtes post se semẽ erant maledicti maledictione opprobrij: vt patet de Joachin zc. qđ figuratur Matth. xxj. qñ xps maledixit ficulnee: qz sine fructu. Secũdum arg. Bonũ quãto cõius tãto diuiniꝰ: vt ptz per philosophuz x. Ethi. Sed matrimoniũ est ordinatũ ad bonũ cõe. s. ad multiplicãdum genus humanũ. Hier. xxxij. q. j. c. nuptie, z ẽ ad paulã. Huptie replẽt terrã: virginitas autem est bonũ particulare z per se: vnde nõ est seruãda. Ex hoc Plato motus z vt Aug. refert de vera z falsa religione q̃ virgo vsqz ad mortẽ mansit imo posuit studiũ in villa que dicebat Achademia que erat pestilentis aeris: vt discipulos in terroze mortis poneret: z sic virginitatem seruauit. In morte positꝰ dijs sacrificaret: vt ei parcerent peccatum virginitatis: pro eo quod erat cõtra bonum commune. Uñ vos seculares dicitis quando videtis aliquem religiosum. o fuit peccatum: quia vroari poterat: qđ apls videt confirmare. j. Cor. vij. Alligatꝰ es vroꝛi: noli querere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

solutionē:id est genera filios. Ter tiū argu. Pena non datur nisi pro peccato:vt ptz C.de penis.l.sancimus .z.ff.quibus vt indignis.l.rescriptuz.z extra de his que fiunt a maiori parte capituli.et per Cañ. xvj.questione.j.capitulo.si quis.z per Tho.in.iiij.dist.xviij.q.iij.art. j. Pena imponebatur apud romanos seruantibus virginitatem: et qui vitā celibem ducebant: vt patet p Valer.z in veteri lege Deu. vij.phibebatur seruare virginitatem. ¶ Secunda opinio est virginū que probant suū intentū virginitatē eē digniorē triplici medio. ¶ Primum est tale. Ille status est dignior de quo christus nasci voluit:sed xps non de coniugata:sed de virgine nasci voluit: et hoc totum:vt dicit Beda super Lucā vt ostēderet preconiū virginitatis:z quantum ipsam diligebat. Ex hoc Jo.euange.z putatiuū Joseph virginem custodiuit. Unde Tho. in iij.distin.xxxv.q.iij.ar.iij. Virginitas supremum decorem vendicat. ¶ Scōm est. Ille stat⁹ est dignior qui maiorē recipit fructū: sed virginibus datur maior fruct⁹ : quia virginib⁹ datur fruct⁹ centesim⁹: viduis sexagesimus : coniugatis trigesimus:vt ptz per parabolam Mat.xiij. Amb.lib.de virginitate. Bona est cōtinētia cōiugalis:melior continentia vidualis: optima mūdicia virginalis. Ille.igitur ꝛc. ¶ Tertiuz est tale. Ille status est nobilior qui primo est institutus in nobiliori loco:sed virginitas prius fuit ꝙ matrimonium z in nobiliori loco quia angeli virgines prius sunt creati ꝙ homo: z in nobiliori loco qz in empyreo celo. Preterea z adam positus est virgo in paradiso z de terra virginea creatus:igitur ꝛc. pz primū. ¶ Scōm principale ꝛc. Tho.in.iiij.di.xxxiij. arti.iij.q.iij.z.ij.ij.q.clv. articu.iij. Ric.in.iij.di.xxxij.ar.iij.q.ij. Petrus de pal.in.iij.disti.xxxij. Ubi querunt an status coniugalis sit maioris meriti ꝙ virginalis:an ecō uerso:perfectior et excellētior. Respondent ꝙ status cōtinentium z status coniugatorū pōt dupl'r cō syderari. Uno mō ad tēpus legis scripte:z tēpus legis nature. Alio modo ad tēpus legis euangelice. si primo modo maioris meriti fuit status coniugatorum ꝙ abstinentium:z status ille preferebatur status virginitatis. Et ratio est:quia erat multiplicandum genus humanum. Ex hoc status: matrimonij preferebatur:et status virginitatis prohibeatur: et hoc propter multiplicationem fideliū. Si autem referebatur ad tempus legis euangelice quia est tempus multiplicationis fidelium per generationez spiritualem est maioris meriti status abstinentium ꝙ status coniugatorum. Et dico ꝙ virginitatis status est dignior matrimonio. Que cōclusio probatur triplici ratione.

Primo ratione difficultatis.
Secūdo ratione vtilitatis.
Tertio ratione cōformitatis.

¶ Primo ratiōe ꝛc. Cōclusio philosophi.ij. Ethico. ꝙ virtus et bonum circa difficile consistit. et Bonauen.in.ij.iij.dist.xxxix. Virt⁹ est de bono difficili et arduo: vbi est maior difficultas: ibi ratio virtutis est maioris premij z meriti. O pater quando ieiuno non possum dormire:ibi maius premium: non possuz comedere:orare.ibi maius premium. Ubi difficultas:ibi ratio specialior virtutis. Ad propositū. Peto a te o mulier qualis maior difficultas est accipere virum:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

an seruare virginitatē? vere pater virginitatē seruare: qz caro hoiez stimulatiet stimulus iste ita grauis est quod pauci euadunt immunes. Aug. in lib. de agone xpiano. Inter oia xpianoꝝ certamina duriora sunt prelia castitatis: vbi cōtinua pugna z rara victoria. Ille. Ad practicā. Fortis fuit Sanson qui leonē occidit. Judi. xuij. iiij. et Dauid. j. Reg. xvij. sed ambo amplexibus mulierū molliscūt. Sapiens Salo. sed tñ a mulieribꝰ delectus est. Fortis Alexā. quis eloquētior Marco Antonio? tamē in Cleopatrā insaniuit. Quis fortior Hercule q̄ tñ in deianirā exarsit? Quis prudentior Jasone: q̄ tñ in Medeā pstratus est? o durum bellum. o magnū prelium vere. Ideo exclamat Amb. li. de ỽginitate. Maior certe est victoria virginū: q̄ angelorū: angeli em̄ sine carne viuūt: ỽgines ỽo in carne triūphāt. Ille. z Hier. In carne preter carnem viuere nō terrena vita est: sz celestis. Ille. In q̄bus ỽbis merito dubiū notabile queritur. Quale maius opus est? An pati martyrium: vt martyres. An seruare virginitatē? opinio vna fuit Augu. qđ est pati martyrium: vbi dicit super verbo Matth. v. Beati qui persecutionē pa. propter iustitiam. Omnes alie beatitudines pficiunt i ista. Alia opiñ. Ambro. cum quo teneo ego Gabriel frater q̄ maius est opus virginitatis. Et ratio est ph̄i in. iij. Ph̄i. in. iij. Topi. bonū quāto permanentius: tāto melius. z si martyres sint passi tormēta: tñ cito pretereunt per horā: per diē: per mensem. sed martyrium ỽginitatis durat per annos. l. z. lx. Magnū martyrium mihi videtur illiꝰ religiosi qui per annos. xl. lx. z huiusmodi habit in claustro suo. Et illius monialis que hanc seruat. In vitis patrū. Exēplū Anastasij monachi qui annis. xl. a demone infestatus fuit de carne diebus ac noctibus: q̄ tñ victor fuit. Moziēs eius discipulus vidit ipsum pluribus coronis decoratum: z de patre dñico: q̄ a fratribus rogatus. pater dic inquiunt nobis verbum salutis. O filij vobis commēdo carnis vestre integritatē: qz maius miraculum est de propria carne fomitē eradicare luxurie q̄ immūdos spūs expellere. z Bern. in sermone ad monachos. Cum mulieribus habita re: et de mulieribus non cogitare maius é q̄ mortuos suscitare. Adde rationem sm Thom. in. iij. di. xlix. Quod ỽgines maximam pugnā habent causa experiendi: qz maiorē delectationem existimant q̄ sit. Igitur ỽginitas est dignior. ¶ Secūdo rōne tc. conclusio é autoris lib. de causis. Virtus vnita fortior est q̄ separata. Exēpli gratia. Ignis hincinde dispersus parum calefacit: sed cōtra simul vnitus plurimū calefacit. Ad propositum peto a te o ciuis in charitate dei. Quis plus amat deum: coniugatus an virgo? o pater inquit cōiugatus qnid dicis? Ego quotidie ad missam propero: z die dñico audio sermones: et dico deuotiones meas: Coronam virginis: Quinq̄ pater: z Aue maria. Tria ad reuerentiam trinitatis. quero a te cuz qua mente. Vere pater meus est ad filios. quō habeā ad viuendū. quō soluam salez? quomodo molliturā? z tot angarias: z tu o mercator ad mercantias. Artista ad artes. Et sepe corpꝰ domini leuatur q̄ non recordaris. Ergo amor iste est dispersus. Una pars mundi alia dei. Quid dicis o Paule. j. Corin. vij. Mulier em̄ que nupta est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cogitat que sunt mundi ꝛ quõ placeat viro. quãuis matrimonium sit sanctum: sunt tñ plura impedimenta quibus mẽs retardatur ab amore o iuuenis qui vorẽ duristi q̃ speciosa cathena vinctus es: a q̃ mors sola te liberabit. o quot labores: o q̃t tribulationes. Si mulier est pulchra: vir est zelotyp⁹. Si nigra: despicit. ſi habet plures filios vir vsurari⁹ efficit vt ipos foueat. o quot lachrime. o quot gemitus. Preterea de vore que virũ increpat. O scio: qđ alias preter me respicis. Preterea in domo non sunt ligna: non oleum. vbi sunt fructus matrimonii. Ango aũt hz cor purum ad deũ: et fortiorẽ causam hz diligendi. Hieron⁹. ad sacras virgines. o felix virgo in cuius corde preter amorẽ Christi nullus alius versat amor. Alle. q². ix. ethico. Vera amicitia nõ est nisi ad vnũ. Sm tho. ij. ij. q. clij. ar. ij. ꝛ phi. x. Ethic. duplex est vita. Una actiua q̃ pertinet ad cõiugatos: alia cõtemplatiua q̃ pertinet ad virgines: q̃ dicit optima q̃ deũ cõtẽplat. de q̃ apl⁹ j. Cor. vij. mulier que innupta est ꝛ virgo cogitat que domini sunt: vt sit sancta ꝛ corpore ꝛ spiritu. Alle. Unde tanq̃ amicus virginum ꝛ familiaris fecit eis mirãda. Ambrosi. recitat exemplum de quadã virgine Elizabeth nomine que cũ iret cum duabus puellis quadam vice per quãdam viam cum esset nox viam perdiderũt per syluam plorantes. Affuit angelus domini. Nolite flere nunci⁹ sum vestri spõsi. que dixerunt. Quis est iste noster sponsus? christus inq̃t Jesus propter virginitatem que Christũ copulat. Prouerb. xxij. Qui diligit cordis munditiam habebit amicum regem. s. deum. ꝛ Sap. vij. incorruptio facit proximum deo. vn de eas regulauit per viã suã. Preterea auxilium prebuit virginibus vt sue virginitatis seruarent decorem. Quis luciã eripuit de tot malis? quis agnetẽ? quis apolloniã? quis Catharinam vere Christus Jesus ob gratiã virginitatis. hãc virginitatem inuenim⁹ apud antiquos fuisse in maximo pretio et eos miranda fecisse pro conseruatione eiusdem: vt fuit Engoldrada virginea de Hippo greca: q̃ vno die iens ad littus maris fuit a pyratis maris rapta et conducta in aliam prouinciam dum esset ista in via sensit loqui pyratas velle secum capere amorem carnalẽ. vbi cognoscens q̃ huic nõ poterat resistere: nisi more intercedẽte ne suã perderet pudicitiã: se approximauit extremitati galee: ꝛ se in mare iecit. Eligens potius in aqua inter pisces vitam finire: q̃ inter crudeles pyratas corrumpere suam pudicitiam. De hac Petrar. ij. triũm. Castitatis. Et illa mulier greca q̃ in mare se p̃cipitauit vt celebs moreretur ꝛ durã euitaret sortẽ. Preterea de Thucia virgine. De qua Valerius libro. viij. Que fuit Romana tempore dee Veste dum esset iniuste accusata qđ cõmisisset sacrilegium: dum esset constituta ante sacerdotem: vt audiret sentẽtiam patiẽdi supplicium ignis statuti legibus romanis: ab alia parte sciens ipsa suam integritatem: ꝛ cũ non haberet aliã viã qua posset se purgare: tandẽ cum ingenti confidentia dee Veste: cui pura mente seruierat: qđ nõ sineret oppressi innocentiam sue ministre: crebrũ cepit ꝛ in presentia sacerdotis dixit hec verba: o dea Veste: si ego semper in tuis sacrificijs vsa sum manibus meis castis: precor facias q̃ in isto cribro portẽ aquã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a Tyberi in ipo. Quod factum est oratione premissa. De hac petrarcha lib. supra. inter ceteras illa virgo sacra dee veste q audacter currens ad tyberim se ab omni infamia purgatura ad templum retulit ex flumine aquam cribro. preterea duodecim Sibylle merito sue virginitatis teste tho. prophetiam meruerūt. longum esset narrare de alīs innumeris virginib⁹ ac pudicissimis mulieribus q pulchra z digna auditu eēnt vt de domina Didone: domina Lucretia speculo toti⁹ honestatis. domina Herssilia. domina Sapho. domia Penelope. dña Thamira. domina Judith. dña Hester. Vide Aug. libro. j. de ciui. z Petrarchā in. ij. de Tri. Castitatis. vnde patet secunda ratio. ¶ Tertio ratione conformitatis. cōclusio autoris ll. de causis tanto aliquid perfecti⁹ est ꝙto maioré habet conformitaté cū suo principio. z Th. ij. q. clij. ar. vj. tāto vna virtus est maior: quanto p eam magis aliquis xpo cōformatur. ille. Ad ppositum. Homo eñ per virginitaté cōformat xpo mō singulari. qđ ptz Apo. xiij. cum io. vidisset hoim multitudinem pcessionaliter incedentem post regem post omnes venit comitiua albis induta cui angelus dixit. o Joan. hi sunt qui cū mulieribus nō sunt coinquinati: virgines eñ sunt: z sequunt agnum q cunq ierit. Nota in verbo Sequūtur ag. Nunquid non alij sett? Vere sic. Sed nō illo modo quo virgines. s. modo singulari. qualis sit ille modus ostendit Aug. li. de virginitate: qz gaudent integritate mētis z corpis. Sequitur. cantabant canticū nouū: quē alius nō cantabat: qualis cāt⁹ nouus est iste. Ostendit Grego. in pasto. canticū nouum cū agno singulariter cantare: est cū deo in perpetuū de incorruptione carnis gaudere. ille. hec est illa preclara virginitas que xp̄m de celo ad terram cōduxit. de inuisibili: imortali visibilé mortalé fecit. vñ eccl̄ia. Sancta z imaculata virginitas quib⁹ te laudib⁹ efferā nescio. Qz quem celi capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti. z ambro. li. de offi. Quanta est gratia virginitatis: que meruit a Christo eligi. ille. ¶ Tertiū dicit̄ ꝛc. Tho. in. iiij. distic. xlix. ar. j. Duplex est corona. ¶ prima dicit̄ aurea: de qua p̄s. Corona aurea sup caput ꝛc. Que est quoddam premiū essentiale cōe oibus: qđ cōsistit in visione diuine essentie. de qua Augu. Visio est tota merces et cōis est oib⁹ beatis: q̄uis vnus limpidius videat q̄ alius fm gradum charitatis. ¶ Scda corona dicit̄ aureola que est quoddā gaudiū accidētale: datū in signum victorie z virtutis. qđ quidem datur pugnantib⁹ cōtra mundū: carnez z diabolum. de qua corona in p̄s. posuisti dñe sup caput ei⁹ ꝛc. z datur trib⁹ gñib⁹ personarū: virginibus: doctorib⁹: z martyribus. Sed perfecti⁹ virginibus q̄ alīs: qz nobilissimū genus victorie est nunq̄ cessisse. ¶ Sed dubia tria sunt ḡrāda. ¶ Primum: vtrū hec aureola det viduis? Rñdeo qđ non. Quia corona non debetur pugne: sed victorie de pugna. Unde victoria virginū est perfectior quā victoria viduarum: eo q perfectissimum genus est victoria: nunq̄ hosti cessisse vt virgines faciunt. Unde non datur viduis. ¶ Secundū vtrum hec corona debeatur Marie virgini. videtur quod non. aureola debetur victorie de pugna vbi nulla pugna nulla victoria. Sed Maria nullum habuit pugnaz carnis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per consequens nec victoriã ergo nec aureolam habuit. Respondet Alber.qđ Maria habuit aureolã pro premio virginitatis:z ratio ꝙ uis Maria nõ habuerit pugnam per tentationẽ que est a carne habuit tamen per tentationẽ que est ab hoste demone qui nec christum reueritus fuit tentare. ¶ Tertiuz dubiũ vtrum aliqua mulier vi oppressa si concipiat:an amittat meritũ virginitatis? Tho.in.iiij.dist. xlix.arti.iij.q.vj. si aliqua virgo p violentiã fuerit oppressa nõ amittit ob hoc aureolam virginitatis: dummodo propositum perpetue virginitatis seruande inuiolabiliter seruet:illi actui nullo modo cõsentiens.Unde Lucia dixit passio: si me inuitam feceris violari castitas mihi duplicabitur ad coronã.nõ qđ habeat duas coronas virginitatis:sed qđ duplex premiũ reportabit : vnum pro virginitate custodita: aliud pro iniuria passa in martyrio.Ille. ¶ Hystoria innocentium.Herodes ascalonita sub quo natus est Christus sex habuit filios : inter quos duos plus dilectos Aristobolum z Alexãdrum: quos Romã misit literis imbuendos:cõpleto studio domum redierunt:qui ceperũt tractare de morte patris vt ipsi regnũ patris obtinerent:qđ pater audiẽs a se expulit:illi autem Cesarẽ adeunt et de patris iniuria sunt conquesti.Interim autẽ magi hierusalẽ veniũt conquerentes de nouo rege nato. Herodes autem nimis turbatus: timẽs ne a regno auferretur: magos rogat vt eo inuẽto sibi renunciẽt simulãs se velle adorare quez occidere volebat.Uñ magi iuerũt per aliam viã: putãs autẽ eos deceptos a stella inquisitionẽ pueri Jesu penitus reuocauit. Citat us autez a senatu z a cesare augusto super responso filiorum sententiã habuit pro se.s.vt filij patri obedirent. Reuersus cũ victoria z audacior factus dum audiret de puero quod a pastoribus z a magis esset adoratus:et qđ natus esset occidit oẽs pueros qui erant in bethleẽ a bimatu z infra.i.ab infantib⁹ duorum annorũ vsqz ad pueros vni⁹ noctis . Sed deus non est passus tantam herodis nequitiaz. seipm occidit . Et ita ea⁹ morte mortuus est qua alios affecit. Sancti vero innocentes sunt in celo et in terra glorificati.

¶ In festo sancti Thome cantua. We necessitate boni operis.

Osuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. In ps. ¶ Cum alto conceptu et artificiosa conclusione antiqui philosophi lege naturali perlustrati: in tres differentias vitam hominis declarauerunt. Una dicta voluptuosa z carnalis. Una politica z ciuilis. Una dicta deuota et contemplatiua . Causa harum positionum ponitur a philosopho in j.Polit.Quia philosophi homines cõsyderauerunt in tribus modis. ¶ Primo inquantum discedebat a lege naturali z lumine rationis insequendo apetitum sensitiuum. Isto modo attribuebant ei vitam carnalem. De hoc noster Romanus Paulus.j . Cor.ii. animalis homo nõ percipit ea que sunt spiritus dei.et ps. Homo cum in honore esset ꝛc.z Dantes libro primo Causa.xxvj. consyderate vestram originem:creati non fuistis vt bruta liter viueretis: sed ad insequendum virtutem et intelligentiã.Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sm.ir. paradisi. Heu anime decepte et creature impinguate que a tanto bono deflectitis corda dirigendo ad vanitates sensum vestrū.

¶ Secundo inquantum sequebatur lumen rationis. Ex hoc attribuebant ei politicam. Jn.j. polit. hō est aial politicū z ciuile. Apu: Iesus li.de deo Socratis.prestantissimū aial in terris est hō: qz rōne est vigens.in.vū.pol. Inter oia aialia solus homo rōnem hz.in.ū. Pol.intantū inqt est hō inquantū habet rectitudinē in seipso p subiectionem passionū. ¶ Tertio inquantum erat deditus vite contemplatiue z virtutibus. Ex hoc dicebant ipm diuinum z sanctū.in.vij. Ethi. Hoics dicunt dij propter virtutis excellentiā. Apuleius de deo Socratis. nihil est deo similius qꝫ vir animo pfecte bon⁹: iducēdo p omnes res que nobis poscit sola virt⁹ intelligitur illa esse que nos constituit in statu digno omni laude z honore. Unde Plaut⁹ in amphitrione. Virtus in se habet oia. Ille. Qualis fuit vnꝫ ille in quo diuina virtus habitasset: q aduersas influentias celi: calamitates terre cum alo forti nō tolerarit. Et imperator ille supremus z celestis deus honorauit suis benemeritis glorioſum Thomā zc. super quo posuit coronam auream. Posuisti dñe super caput eius coronā marytrū: doctorat⁹: virginitatis: in quibus verbis quia sanctus thomas de quo hodie ecclesia festum celebrat fuit solicitus in opere bono propter qd deus eum sublimauit in celo. De ipso bono opere loquamur ad nostrum documentū. De quo tria videbimus.

Primum dr argumentationis.
Secundū dicit declarationis.
Tertium dicitur responsionis.

¶ Quātū ad primum qrit. Utrum hō viator possit coronari sine merito bonorū operum? Duplex fuit opinio. Una dicit qd sic. Alia qd nō. Prima arguit tali modo: deus est imutabilis. Mala.iij. Ego deus z nō mutor. Et Nume.xxiij. Nō est deus quasi homo vt mentiatur: neqꝫ vt filius hois: vt mutetur. Et Jaco.j. Apud quem nō est trās mutatio. Et Augu. in lib. de natura boni. Solus deus immutabilis est. Et Bona.in.j.dist.viij. Diuina essentia est immutabilis. Et Bosti⁹. Stabilisqꝫ manens dans cūcta mouet. Jn.xj. Metaphysicorum. Deus est mouens omnia immobilia. Ad propositum. Aut de⁹ vult omnes saluos fieri. Aut damnari. Nō vult damnari teste Augu. lib. lxxxiij. qōnum. Deo autore non fit homo deterior: ergo vult omnes saluare per apostoli ꝟbū. Vult oēs zc. Cum sit ergo immutabilis: erit oino quod ab eterno ordinauit. Et sic non sunt necessaria bona opera ad mutandum qd ab eterno decreuit cū sit immutabilis. ¶ Alia opinio dicit quod sic. Tho.j.par.q.xxiij.ar.viij. Predestinatis conādum est ad bene operandum z orandū: quia per hmōi predestinationis effectus implet. et.j. Pet.ij. Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem facietis: igitur zc. Ad maiorem intelligentiam conclusionis respondeo fm omnes theologos. Quod ad salutem cōsequendam necessaria sunt bona opera. Quod probatur quadruplici medio.

Primo ratione.
Secundo autoritate
Tertio distinctione.
Quarto exemplo.

¶ Primo zc. Cōclusio est. ij. phys. Quod nihil potest tendere in fi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem:niſi per debita media.Exem; plum de medicina. De cultura vi nee.De ſcholari. De muliere que filat ꝛc.Ad ꝓpoſitum.Finis noſter eſt deꝰ,teſte Aug.Fecit deus rōna lem creaturam ꝛc. Ad quem finez non poſſumus peruenire niſi per media. In.xi. Ethi.nō peruenitur ad finem:niſi ꝛc.qu'a finis licet ſit vltimus in execution: tamen eſt primus in intentione. Ad quem fi nem ordinamur per media . Sed q̄ ſunt iſta media. Declarat Chri ſtus.mat.xix. quid faciēdo vitam eternam ꝛc.Si vis inquit ad vitā ingredi ſerua mandata. Que i ve; teri lege ſm Albertum ſuper Lu; cam erant. ccccccxvij. In lege autē noua .x. que reducuntur ad duo principalia. Ad amorem dei:quod diuiditur in tribus:ad amorē pro; ximi:quod diuiditur i.vij. Serua inquit mādata:ama deum:nemi; nē blaſphemes:ama proximum:ne diffames per tabernas:qr ſolli ho; mini conuenit laborare ꝛ operari bona non alteri:qr hoc medio ſcri ptus eſt in li.vite. Unde phs.ij.ce; li. Eorum que nata ſunt habere bo num perfectum:aliqō hz ipm ſine motu : aliquod vnico motu aliqō pluribus motibus. Quod Thoſm. declarat.j.iij.q.v.art .vij.qō prima perſona cui competit ſummū bo; num ſine motu alicuius operatio nis:eſt deus. Et eo quia naturali; ter eſt ſummum bonum eſſentiali ter. Igitur illi et non alteri conue nit ſine motu alicuius operatiōis. ꝛ.iij.par.q.ix.arti.iij. Chriſtus Je; ſus inquit ab inſtanti ſue ꝯceptio nis fuit beatus:qr anima erat vni ta diuinitati. Unde nō meruit nec beatitudinē aie ꝓprie : nec ſciam nec diuinitatē. Et rō eſt :qr meritū eſt qō nōdum habetur. Uñ ſi xps iſta meruiſſet : aliqñ his caruiſſet qō nō eſt dicendū ſm fidē noſtrā. Uñ xpo hoi ſine motu operationis cōuenit ei ſummū bonū. Scōa per; ſona eſt angelus cui vnico mutu conuenit ſummū bonū poſtꝙ fuit creatus. Et ratio eſt: qr talem na; turam dedit ei deus vt ſuas ope; rationes acquirat vnico motu lib. arbi.ſine diſcurſu ꝛ motu tpis:ſed in inſtanti. Uñ creatꝰ ſubito et in inſtāti vnicoq; motu lib. arbi. ꝓſe cutus eſt ſuā beatitudinē. ¶ Tertia perſona eſt:hō cū ſit inferioris na ture ꝙ angelus: opus eſt vt pluri bus motibꝰ operationū lacrima; rum:ieiuniorū : eleemoſynarū:vt ipam beatitudinē acquirat. Et rō qr cū beatitudo noſtra incōpara; biliter excedat facultatem oīs na ture create: ideo nulla pura crea; tura pōt eam conſequi ſine meri; to precedētis operis :que quāuis ſint finita ꝛ minimi valoris :ex eo q̄ a creatura procedūt que eſt fi; nite virtutis. Tamē vt dicit Tho. i multis locis merito paſſiōis xpi opa noſtra infinitant ꝛ fiunt infi; niti meriti:ideo ſunt nobis neceſ; saria. Uoca inquit xps Mat.xxiij. operarios ꝛc. Quod patuit in ve; teri teſtamento de Abraam Gen. xvij.cui deus dī. Non vocabis vl; tra vxorem tuā Sarai:ſed Sarā: quia ex illa dabo tibi filium. Qō audiēs ſenex in corde ſuo riſit di. Putaſne centenario naſcet puer: ꝛ nonagenaria pariet? Habet pli. libr.vij.de naturali hiſtoria:quod vt in pluribus poſt annū.l.ceſſat fecunditas mulierum. Uir autem lxxx.anno generat: ſed Maſiniſſa rex numidarum poſt.lxxxvj.filiuꝫ genuit. Et cato cenſorinus ex filia ſalemis cliētis ſui genuit : cū iam trāſiſſet.lxxx.annos. Preterea Ge neſis.xvij .Apparuit angelus Sa; re dī,Dabo tibi filiū , Reſpondit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

postꝯ senui et dñs meus vetulus est: voluptati operaz dabo. Et. xxj. c. ꝙcepto filio di. Risum fecit mihi dñs ꝛ quicūꝯ audierit coꝛ ridebit mihi. Ad ꝓpositū. Si deꝰ ab eterno proposuit dare filiū Abrae cur dedit ei Sarā sterilem? Respōdeo quia sic erat ordinatum ꝙ mediātibus precibus impetraret: sicut ꝛ filio tuo decreuit dare scientiam si non fugerit ire ad scholam: et tibi dare sanitatem: sed per debita media. Ad propositum. Ab eterno disposuit dare paradisuz dño tpali: iustitia mediante diuiti eleemosyna: pauperi patientia: fratribꝰ. ſ. dñici: nō comedendo carnes: ieiunare per. vij. mēses, dormire cum vestibꝰ. Sic dico de alijs. Ad propositum. Pulsatur campana dic o paterfamilias filijs tuis. Eamus ad sermones: quia hoc deus a nobis requirit. Ieiunemus: quia hoc medio sumus scripti. Ideo Mat. xvj. Reddet vnicuiqꝯ ſm opa sua. Apoc. vlti. Ecce venio cito et merces mea mecum est: reddere vnicuiqꝯ ſm opera sua. Uoca operarios ꝛc. In quibus verbis due conclusiones extrahuntur. ¶ Prima ꝙ homo faciat malum de necessitate ꝛ peccet venialiter. ¶ Secunda ꝙ faciat bonum. Ad ꝓposituz quatuoꝛ sunt que peccare nō possunt. Deus angelus: bestia: res inanimata. Inter que homo est medius. Nō est deus: nō angelꝰ non bestia: nō lapis. Clama. Est hō de carne fragili. Ideo Matth. xxvj. Caro autē infirma: propter quam infirmitatem habent theologi in tiū. dist. xvij. Qđ homo nō pōt diu esse sine veniali xp̄o et matre eius exceptis. De hoc canonista. xiij. q. ij. ca. olsetas. ꝛ. xx. q. iiij. c. ꝓclivis. ꝛ in autētico de monachis. ℌ. trien nij. Humana natura labitur ad delicta. ꝛ. ℌ. si qs ergo. col. ſ. et scripꝓtura Genes. vſ. Sensus ꝛ cogitatio cordis humani proni sunt ad malum ꝛc. et. ſ. Jo. iij. Si dixerimꝰ qꝛ pctm̄ nō habemus ꝛc. Eccl. vij. Non est homo qui nō peccet. ꝛ Lactan. iiij. Natura hominū ꝓcliuis est ad vitia. Idē in lib. de ira dei. c. xx. At eñ si deus statim peccantē puniret: nemo supesset. Nullus est eñ qui nihil peccet. Et multa sunt q̄ ad peccandū irritant. Etas violentia: egestas: occasio: premiam. Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis qua īduti sumꝰ: vt nisi hoic necessitati deꝰ parceret nimiū fortasse pauci viuerent. Ad practicā. Talis tenet concubinam noli scandalizari: quia caro infirma talis cōmittit vsuras. Caro ꝛc. Alius blasphemat quare? quia caro infirma. de pe. dist. j. c. Petrus fleuit ꝛ doluit: quia errauit vt homo. glo. sup hoc. Errauit qꝛ hō facile corruit: si fuisset deus aut angelus: aut bestia nō peccasset. Ideo ꝓpter hanc infirmitatē xp̄s dimisit adulterā impunitā ei compatiens. Jo. viij. Vade et amplius ꝛc. Et amb. flebat peccata penitentiū: tanꝯ sua eis compatiēs. Interpone exēplū bti Constantij de fratre fugitiuo i ciuitate Ascularia. Cum frater quidā fugisset a conuentu sine licentia prioris ꝛ redire vellet: prior nolebat eum recipere absq; grandi pnia. At vir sanctus. b. Constātius increpauit priorem compatiens fratri. Si inquit sanctus dei tot labores sustinuisses vt xp̄s passus est pro peccatore redimendo non tam austerus esses. Et exemplū Jo. euange. De capitaneo latronum ad quez clamabat. Reddā rationē pro te. Ad hoc ꝓpositū adhuc fabulam Esopi de rustico q̄ serpentē in sinu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

posuit: quo calefacto ipsum mo mordit. Cum argueretur a rustico de ingratitudine. Respõdit serpens. Facio debitum meum: quia hoc mihi proprium est. Caro autẽ infirma. Proprium est ei si errat z mala facit. Patet prima cõclusio. ¶ Scda cõclusio. Opz de necessitate qđ homo faciat bonũ: qđ probatur per philosophum. ij. de aia. quia vnaquecz potẽtia facilior est ad actũ suũ cp ad alienũ. Exempli gra. Oculus videt facilius cp audiat: z auris audit cp videat: quia sui officij est. Ad propositum. Potẽtia itellectiua hois ad virtutes inclinatur: vt capax rõnis. Facis malum: tenes cõcubinam: exigis vsuras. Facis cõtra naturã hui⁹ potẽtie q̃ inclinat ad bonuz ex natura sui: vtpote capax rõnis. Exẽplum Xenocratis phi. Qui cũ vocaretur ad dormiẽdum cum femina rñdit. Erubesce celum intrare in cenũ. Ad qđ etiam bonũ inclinat dña Sinderesis que duo facit in hoie. De qua Tho. ij. q. distinc. xxix. Sinderesis ẽ quoddã lumẽ rõnis: eius officium est retrahere hominem a malo: z incitare ad bonuz. Clamat viatori, Dimitte peccata. Cito confitere: quia cras morieris. in. vj. Conf. Aug. Deputentur tempora: distribuãtur hore p salute anime. Clamat o dãnate: o ribalde qui prò peccatis hic dãnaris in perpetuũ. Et sic ptz cõclusio nostra rõne. ¶ Scdo ꝓbat autoritate. Primo diuinali. In ps. xiiij. Domine quis habitabit ꝛc. Auarus: luxuriosus: gulosus: piger? Non. Sed qui ingreditur sine macula ꝛc. in ps xvij. Retribuet mihi dñs fm iustitiaz meam. Mat. xvj. Reddet vnicuicz iuxta opa eius. Roma. ij. Red. vni. fm opera eius Apoca. vlti. Ecce venio cito z merces mea mecum est: reddere vnicuicz fz opera sua. z Amb. in lib. de Abel z Caym. Non dormientibus sed vigilantibus pollicentur premia. Grego. in dialo. Sine labore certaminis nõ est palma victorie. z. ff. de iureiu. l. eũ qui. z in aut. Constitutio que de dignitatibus. col. vj. Honorem habere non possumus sine labore. quidaz poeta. Felices puto qui celum corde tuẽtur. Visibilis deus his per secula cuncta manebit. z Hier. ad Paulinum. Nihil sine magno labore natura dedit mortalibus. Et Bãtes pr. paradisi. Regnum celorum violentiam patitur ob amoris feruorum z spem diuinam qui diuinaz superat voluntatem. ff. ex quibus causis maiores. l. non enim. Negligentibus nõ subuenitur. Facetus ca. ij. absq labore graui vir munera magna dabuntur: gratus et est plenus vtilitate labor. z Arist. x. Ethi. c. x. Sine operatione nõ fit delectatio. ¶ Tertio probatur distinctione. ¶ Queritur dubium a theologis. Utrum deus sua potẽtia possit dare paradisum hoi peccatori absq meritis? Circa hunc modum tripler opinio. Una Scoti. Alia Ric. Alia Tho. opinio scoti fuit in. iiij. distin. xliij. cum quo est Paulus carmelita. Quod cuz in deo sit dupler potentia: vna ordinaria: alia absoluta. Quo ad ordinariam non potest: ex eo quia iaz ordinauit quis debeat esse beatus: vnde opus est bona operatione. Sed quo ad potentiam absolutam potest. Secunda est Ric. in iiij. distin. xv. arti. j. q. vij. in corpore. Vbi querit. Utrum deus possit hominem saluare absq satisfactiõe di. Qđ aut loquimur de lege cõmuni: aut de priuilegio speciali. Primo cõmuni nunq dimittitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccatuz sine satisfactiõe: aut de priuilegio speciali. z hoc mõ pctm mortale dimittit absq satisfactione et gratie infusione. Tertia opi. fuit Tho. in. iij. qtra gen. c. xxviij. z Joã. de biblia in quolibetis. Qõ de potestate absoluta non potest: quia cõtradictio seqret. s. qđ pctõr simul esset pctõr z beatus. Secundo de ordinaria nõ potest: qz iam ordinauit hominẽ ad paradisum mediantibus medijs. vnde Amb. super illud. j. Tim. ij. Vult omnes homines zc. voluntate conditionata nõ absoluta. si domino obediãt in preceptis suis: ergo op9 est operatione bona. ¶ Quarta ꝓbatur exẽplo de monacho qui desertum petijt relicto claustro: vt melius gule z ventri vacaret: accipiẽs habituz sanctitatis sub pelle ouina. Hiero. contra pelagium. z si alijs vitijs carere possumus maculam autem hypocriseos aut paucoꝝ: aut nullo3 est. exẽplũ. b. dñici: qui quesiuit a demonio qđ erat cõiter pctm religiosorum? Rñdit hipocrisis: quia sancti videri volunt. Ad propositum. Rustici autem audita fama eius: visitabant eum pluribus muneribus. Nota qđ quatuor sunt generatiões personarũ que gaudẽt in hoc mũdo. Primi sunt mansueti: de quibus Mat. v. Beati mites zc. Secundi adulatores. Tertij fatui. Quarti gabadei qui mundum deludunt: cum velit deludi: aliter sibi homo non est amicus. Ad propositum. cum in croceis maneret monach9 audiuit primam vocem. Aue porce bene paste. In mane sequenti surrexit z loca deserta girabat. Audiuit secundam vocem. Aue pecus errans: qđ audiens reuersus est ad claustrum: penitentiã religionis amplectens. Audiuit tertiam vocem di. Aue fili: implens dei voluntatez. de qua Joã. viij. Nõ ois qui dicit mihi dñe zc, qz scz bona opa, z diuina precepta seruabat. Ideo dicit Tho. in. q. de veritate. q. xvij. ar. viij. qđ predestinatio nostra non est absoluta: sed conditionata mediantibus medijs. Qđ patet in parabola xpi Mat. xx. quam volo sub breuitate discurrere. De patrefa. qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suã. In qua alios misit summo mane: scz hora. j. Alios hora. iij. Alios hora. vj. alios hora. ix. alios hora xj. ꝑm docto. Paterfa. est deus qui habet tria palatia in quibus habet tres fami. Primũ est celũ: vbi ẽ familia filioꝝ. ps. Filij tui sicut nouelle zc. Scõm est mũdus: vbi est familia militãtiũ. Job. vij. Militia est vita hois sup terrã. Tertium est infernus: vbi est familia incarceratoꝝ. Esa. xxiiij. Congregabunt in cõgregatione vnius fascis in lacum: et claudentur ibi in carcere. Hz vineã. i. pñtem ecclesiam. de qua Esa. v. Vinea dñi sabaoth domus israel est: misit operarios in quinq horis. Que sunt v. etates mundi. ¶ Prima fuit ab Adam vsq Noe. In hac misit operarios. s. Abel. Cayn. Tubal. Jubal. ¶ Secunda a Noe vsq ad Abraã. In hac misit patriarchas: scz regẽ Salẽ: Melchisedech: Jacob: Isaac. ¶ Tertia ab Abraam vsq ad Moysen. in hac misit prophetas. ¶ Quarta a Moyse vsq ad aduentũ dñi ꝓphetas eos iterum multiplicãdo. ¶ Quinta ab aduentu dñi vsq ad finem mundi: in hac misit apostolos: doctores: fundatores ordinum. Enumera si libet. Moraliter per quinq etates significantur. v. etates hominis: in q̃bus de9 hominẽ vocat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad vineã paradiſi. ¶ Prima hora eſt puericia. De qua Mat.xix. Sinite paruulos venire ad me: quos vocat vt incipiant dñi viuere. Tertia hora eſt adoleſcẽtie: in hac vocat adoleſcentes ad normam honeſtatis: de quibus Hieremie.iij. Bonum eſt viro ſi ꝛc. Sexta hora eſt iuuenum quos vocat ad perfectionem virtutum: de quibus Eccleſi.xij. Memẽto creatoris tui: in die iuuentutis tue. In hora ix. vocat ſenes. O ſeniculi cito: cito ſed poſſo trema. Vulgaris. iam ſenescis: et barba caneſcit nec contemnis. o anima dãnata ne vnq̃ tardes ad vltimum hiatum: nã multos decepit: bene faciemus. ¶ In hac hora vndecia vocat decrepitos octogenarios ⁊ ſexagenarios. Exemplum. Quidam nomine Giraldus miles cum eſſet octogenarius et dux latronuz in ſyluis exiſtens cum vidiſſet capillum canũ cadentez de capite ſuo dixit. Heu me: quia ſenex factꝰ ſum in latrocinio: vnde cõuerſus eſt. vñ patet ſcõm. ¶ Tertiũ ꝛc. Rñdet ad argumentũ in quo arguit quod deꝰ eſt immutabilis. Et ſi diſponit dare alicui bonum dabit ſine opere. Dicit qđ deꝰ ſine ſui immutatiõe mutat ſniam ſuã ſm qđ opera noſtra requirũt. Quod ꝓbatur auctoritate: exemplo. Primo ꝛc. Hiere. xviij. vbi deus ſic loquitur. Si penitentiam egerit gens illa a malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam agam et ego pniam ſup malo: quod cogitaui vt facerem ei. ⁊ iterum Eze.xxxiij. deus di. Si dixero impio morte morieris et egerit penitentiam a pctõ ſuo vita viuet ⁊ non morietur. et hoc eſt quod dicitur. xxij. qõ. iij. vnuſquiſq̃. Ipſe dñs frequẽter mutat ſententiam. et in.c. incõmutabilis. idem habetur. et de pe. di. j. c. Nouit deꝰ mutare ſniam ſi tu nouerис emendare delictũ. Exemplo ezechie regis iſrael: cui deus di. diſpone domui tue: quia cras morieris ꝛc. Voluit ſe Eze. ad parietem ⁊ fleuit: et precatus eſt deum ꝛc. cui deus. Exaudiui oratiõẽ tuam. Ecce addam xv. an. ꝛc. Ex quibus habet qđ ſm q̃ nos mentẽ noſtrã et voluntaria opera in bonũ ſiue in malum dirigimus: ita ⁊ ipſe ſentẽtiam ſuam aut reuocat: aut immutat: aut exequitur ſine immutatione ſui. Hã vt dicit Ariſto. viij. phy. et. xj. Meta. deus, eſt mouens oia: immobilis: nã non mutat loco q̃ vbiq̃ eſt non tpe: quia eternitas ſimul eſt. Non forma: q̃ pure factus eſt: vñ mutatiõẽ ſcõm formã tollit ſimplicitas: ſcõz rẽpꝰ tollit eternitas: ſcõm locũ tollit immẽſitas: ⁊ ideo in deo eſt ſumma ſtabilitas et inde cãlitas oĩs motus. Sine ſui ergo immutatione produxit in tpe mundum: ſine ſui mutatione carnem aſſumpſit: ſine ſui mutatione petentibus ⁊ orantibus ſua dona largitur: et qui ſe conuertunt et benefaciũt dat regnũ celorum.

¶ Hiſtoria ſancti Thome marty.

¶ Thomas cantuariẽſis dum in curia regis anglie moraret: et illi ſumme eſſet gratꝰ. Videns multa fieri in curia illa reliquit curiã regis: q̃ mala ſocietas eſt cã multorum malorũ. vnde.xxviij.q.j.ſepe malorum conſortia etiam bonos corrumpunt. et prouerbo.xiij. qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Amicus ſtultorũ ſimilis efficietur. vñ adhęſit archiepo ciuitatẽ: a quo ꝛ inuitus factus eſt archidiaconus eiꝰ: ⁊ poſt eius mortẽ q̃ erat in opiniõe maxia pp̃li factus eſt ciuitatis epꝰ. ¶ Cui electione ſibi preſentata cum inſtrumẽto pa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

blico renūciauit:qz vt ōz dist. vl.c. multi. Quicūqz desiderauerit primatum in terra inueniet cōfusionem in celo:nec inter seruos christi cōputabit:qui de primatu tractauerit. Ille. Unde recursum habuerūt ad papā Alexādrū q̄ ipm coegit per sentētiā excōicationis: qui flens acceptauit. Post aliquā tulū vero tēpozis videns tm onus venit ad papā iterum supplicans ei vt ab hoc onere liberaret:q̄ dedit ei habitū monachalē. Et cum nullus inueniretur sufficiens pro epātu ciuitatis:iteruz coactus est per papam reassumere. Qui hoc assumpto officio in alterum viruz permutatur: z caro eius ieiunijs maceratur. Tredecim pauperum pedes quotidie lauabat curuatis genibus:et ipsis refectis cuilibet quatuoz argenteos dabat: z quia ecclesia illa et archiepat⁹ ille erat magnivaloris:quēadmodum alīs habuit pastores ad sui complacētiam dominus z rex Anglie vt suo modo bona ecclesie dispēsaret credidit et Thomam hoc facturum. Sanct⁹ Tho. omnino renuit. vnde rex turbatus contra virum dei cōmouit omnes principes suos et magnates. Quod vidēs dei seru⁹ a patria sua recessit z senonas perrexit vbi tunc erat Alexā. papa cū tota curia:a quo receptus est honorifice. rex autez Anglie oia que erant ecclesie confiscauit:z totam progenie epi male tractauit: non parcens etati vel serui. cū in his autem angustijs esset in nocte reuelatur ei qd ad sponsam suā ecclesiam esset rediturus et ad christum cum palma martyrū migraturus. Septimo die sui exilij redire conceditur:z ab oibus suscipitur honorifice. Per dies aliquot ante eius mortem quidā iuuenis de ciuitate moziens per sanctū dei fuit resuscitatus:qui retulit quod ad supremū ordinē sanctorum fuit ductus z inter apl̄os sedē vnā vacuā vidisse:dū anxie q̄reret cuius esset illa sedes? Angelus rndit qd seruabatur magno prelato anglorum. Cum ergo non posset a rege flecti minis vel p̄cibus. Ecce milites regis armati ad archiep̄m vociferando veniunt:quibus ille occurrēs di. Quid vultis? venimus inquiunt vt occidaris. Rndit. Ego p deo meo mori paratus sum pro defensione ecclesie z libertate ei⁹. vñ ex parte dei oipotētis precipio vobis:ne meoꝝ quēq̄ occidatis vel noceatis:deo et marie z beato Dionysio et sctis patronis huius eccl̄e cām cōmēdo:quib⁹ dictis caput sctm̄ percutiunt: et cozonam capitis amputarunt. Dum aūt sacerdotes Requiē canerent:et officium peragerent: angeli cantum illoꝝ interrumpunt. et Letabitur iustus in dño cātare ceperūt: tunc canonici depositis vestimentis funeralibus alia reassumpserunt indumenta festiua. vnde eadem die fuit canonizatus a papa Jesu Christo in celo mittens canonizationem in terram per angelos vt facerēt officium martyris: deinde fuit canonizatus a papa Aleran. in terra.

¶ In festo sancti Siluestri pape. De honore sacerdotis.

Ece sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo. Eccli. xliiij. c. est licita ygrua z conuenies homini graui et maturo: de ingenio peregrino z pspicaci: de aio nitido z terso: de corpore venusto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venusto ꝛ omni virtute adornato debere cū summa auiditate et desiderio appetere ꝛ affectare bonū. in.j.Ethic.Bonum est qđ omnia appetūt.in.iij.Ethic.Bonū est obiectū volūtatis.Dio.iiij. de di. no. Pulchrū ꝛ bonū oia desiderant.et ps.Delectasti me ꝛc.Deꝰ est summū bonū.in.xij.Met.Deū dicimꝰ sempiternū:et optimū.ꝛ Pla.in timeo. Deus est summū bonū supomnē substantiā:omnēq; naturā qđ bonū homo postpositis omnibus mūdi curis cum omni studio debet amplecti.Aug.in lib.confes. Nouerim te:nouerim me:vulgatrizatio. domine chare ꝑcer te cū summa cura ꝛ indefessa.oratione: vt sicut me peccato ꝛ ludibrio peccati de eterna seruitute:veluti apostatam ꝛ indignum possessorē ad statum gratie conduxisti:ita concedere digneris hoc lumē qđ ego tres rēs faciā in tetet tres in me. Primo vt agnoscā in me meā vilitatem:iniquitatē:fragilitatem:vt veluti in aptovase habites in me: sicut imperator in vno apparato domicilio. Secundo cognoscā tuā dignitatē maiestatē:bonitatē:quequidē bonitas infinita est:immēsa et ineffabilis quā elegit.b. Siluester totis visceribus ac toto cor de amauit ꝛ dilexit. Propter quod ab ipsa summa ꝛ infinita bonitate a deo dilectus est ac sublimatꝰ tam in regno celesti ꝙ in presenti ecclesia qđ illū cōstituerit dignuꝫ suum ministrū ꝛ summū sacerdotem fecerit. Ecce sacerdos ꝛc. Ad cōmendationem sancti Siluestri de dignitate sacerdotali loquamur:de qua tria videbimus.
Primum dicitur obligationis.
Secundum dr potestatis.
Tertium dicitur inductionis.
¶ Primuꝫ dr ꝛc.vt habent doctores de iure, dupleꝛ est dignitas in mūdo. vna ecclesiastica:alia tēporalis.Queritur modo dubiū a theo.cui maior honor debetur ꝛ reuerētia dignitati spirituali aut temporali? Respō deo simpliciter qđ spūali sine comparatione maior honor ꝛ reuerentia debeť.vñ si abvna parte essent oēs milites comites barones . ab alia pte poneretur simplex sacerdos:maior honor debetur sacerdoti ꝙ oibus mūdi dñis:que conclusio probatur triplici ratione.
Primo ratione vtilitatis.
Scđo ratione paternitatis.
Tertio ratione finalitatis.
¶ Primo ratione ꝛc.Cōclusio est phi.iij.topi.qđ beneficiatus tenetur repēdere vices suo benefactori.ꝛ ius ciuile.l.sed si.l.ff. de petitione hereditatis.ꝙ consuluit.Benefaciēti dñ facere debemus.ꝛ Sene.li.de beneficijs.Beneficiorum memoria senescere nō debet. Idē. ingratus est qui nō reddit:ingratissimus oim qui oblitus est. Ille canis applaudit dño suo a ꝙ accipit buccellā panis. Leo.b. Hiero. deferebat ligna quia de pede spinā extraxit:ꝛ curiales suis dominis honorē prebēt:quia ab eis beneficia accipiunt:ꝛ tāto beneficiatus tenetur suo benefactori: ꝙto maius beneficium ab eo suscipit. Ad ꝓpositum.Sacerdos maiora bñficia impendit cuilibet hoi ꝙ si mul oēs dñi tēporales :que sunt quatuor optima.
Primū dr mūdationis.
Secundum dr remissionis.
Tertiū dicitur cibationis.
Quartū dr apparitionis.
¶ Primū dr ꝛc.qr hoiem mūdat a pctō originali.Cōclusio indubitabilis est doctorū in.iiij.distinc.iij.ꝛ Can.de conse.dist.iij.c.firmissime tene.Qđ hō nascit cuꝫ pctō originis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nali xpo excepto. Dauid in ps. in persona olm. Ecce em in iniquitatibus ꝛc. Ad Ro. v. c. Per vnū hominē petrū intrauit in mundū: ꝛ p petrū mors: in quo omnes peccauerunt. sup quo Aug. Vos aūt si quē excipitis resistitis fundatissime fidei: ꝛ nullus pōt saluari nisi fuerit ab originali mundat⁹. Mūdari nō pōt nisi per bap. Joan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūsancto nō pōt introire in regnū dei. ꝛ Lu. vlt. qui crediderit ꝛ bap. fuerit saluus erit. Hoc beneficium baptismi solus sacerdos potest dare nō dns: non rex: nō deniq; quisq;. ꝛ rō est Tho. ꝛ Ri. in. iiij. di. xix. art. j. qr solus sacerdos est minister bap. ꝛ q̄uis in necessitate q̄libet possit baptizare: aut fidelis aut infidelis vir aut mulier dummō habeat intētionē baptizādi et formā seruent: non tn mulier pōt baptizare presente viro qui est eo dignior: nec cleric⁹ presente diacono: nec diaconus p̄sente sacerdote sed bene sacerdos pōte toto mundo. ꝛ hoc totū qr sacerdos est principalis minister huius sacramenti: vn nullus pōt absolute hoc beneficium dare. non rex: nō dux: nō psona mundi nisi sacerdos: ex hoc honorari debet. ¶ Secūdū dr ꝛc. vt videbimus ad oculum hō post baptismū cadit in pctis mortalib⁹ vel venialibus propter fragilitatē ipsius. Eccle. vij. Non est homo q̄ nō peccet. ad Ro. iij. est aūtē deus verax: ois aūtē hō mēdax. In autentico de monachis. S. triēnij. natura hūana iabitur ad delicta. ꝛ xx. qō. ij. c. Ois etas ab adulescentia ad malū p̄na est. vn frāgit fidē quā in baptismo promisit abrenuncio sathane et pōpis eius: sed nullus pōt saluari: nisi fuerit purgat⁹ a peccatis. Purgatio ista fieri nō pōt sine remissione: q̄ quid ē remissio a solo sacerdote dat q̄ a christo hāc autoritatē accepit. Jo. xx. Accipite spiritū sanctū: quorum remiseritis peccata remittūt eis: et quorū retinueritis retenta sunt. Ubi dicit Ricar. in. iiij. distinctiōe xviij. qō solus deus effectiue peccata dimittit. Luc. v. ca. Quis pōt dimittere peccata nisi solus deus ꝛ solus sacerdos instrumentaliter q̄ te absoluit a peccatis vi clauiū. Hoc beneficium nullus dare potest. Non angeli non archangeli non cherubin non seraphin non deniq; virgo maria. Ex hoc beneficio teneris sacerdotem honorare: et sicut medic⁹ honorari debet pro sanitate infirmo impensa. iuxta illud Eccle. xxxviij. Honora medicū propter necessitatē. a fortiori medicus spūalis sacerdos pro curatiōe anime tue honorari dz. Unde. vj. q. j. ca. Sacerdotes q̄ ppriore corpus domini conficiunt ab omnibus sunt honorandi ꝛ timēdi nō dilacerādi aut detrahendi. Item. Unde pater dominicus mittens fratres ad predicandum honorē sacerdotum eis recommēdauit. Ex hoc beneficio honora eos. ¶ Tertium dr ꝛc. Homo componitur ex corpore ꝛ anima. quo ad corpus indiget comestione. in libro de gnatione ꝛ corruptione. Omne viuens q̄diuviuit indiget alimento cōuenienti, sue nature. sic anima indiget cibo spirituali quo recreetur: quia vt dicit Matth. iiij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni ꝛc. sed qualis est iste cib⁹? vere de quo Joānis. vj. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. canta. In eodem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: ꝛ biberitis ei⁹ sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Sed hūc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

elbū ꝛ potū aie solus sacerdos cō-
ficere pōt in ꝟbozū ꝟtūte. Hoc est
coꝛpꝰ ꝛc. ex hoc beneficio teneris
honozare sacerdotes. ¶ Quartuz
ꝺz ꝛc. Si rex terrenus qui magnū
habet thesaurū claues illius non
nisi psonis dignis tribuit. Ita rex
glozie habens thesaurū paradisi
claues solis sacerdotibus tribuit.
vnde xp̄s petro in persona omniū
sacerdotum Matth.xp. Tibi dabo
claues regni colozum. Et qcūqꝫ
solueris super terrā erit solutum
ꝛ in celis. Quis est qui tibi aperit
celos? quis est poztari⁹ paradisi?
quis est clauiculari⁹? Uere est sa-
cerdos. Uñ sup oēs honozandus
est. ¶ Scdo rōne ꝛc. Omnes fide
les tenētur de necessitate salutis
honozare p̄latos ꝛ psonas ecclesia
sticas. Fundamētū rōnis sumit a
xp̄o. Mat.xix. Si vis ad vitam in-
gredi: serua mandata. Inter que
mādata p̄cipue est vnū de honoze
parētum. Exo.xx. Honoza patrem
tuum ꝛ matrem tuam. fm Alex. in
iij. parte sum. triplex est pater,
Primo celestis,
Secundo carnalis,
Tertio spiritualis.
¶ Primo celestis. qui est de⁹ qui
dat homini esse et omnia bona. de
quo Deut.xxū. Ipse est pater tu⁹
qui possedit: et fecit: ꝛ creauit te.
¶ Secūdo carnalis qui dat filio
substātiam coꝛpoꝛalem: vt ptz per
pḣm lib. de aialibus. Substantia
coꝛpis filij est coꝛpis pris substan
tia. ¶ Tertio est ipūalis q̄ ministe
rialiter per regenerationem ꝛ effi
caciā baptismi ꝛ alioꝝ sacramen-
toꝛum dat gr̄am paruulis et adul
tis. Ad ꝓpositum. Et quo oēs isti
sunt p̄res ex vigoꝛe p̄cepti mere
mur honozari. ¶ Primo p̄ cele-
stis: q̄ dedit animā cum potētijs
suis: ꝛ eam cupit saluare; vñ mere
tur honozari spiritualiter honoze
latrie. ¶ Secundo etiam virtute
p̄cepti honozādus est pater car-
nalis: q̄ ex eo homo ht̄ esse. Hier.
Honozādi sunt parētes: q̄ nobis
sunt cā nascēdi. Eccl.vij. Honoza
patrē tuuz: ꝛ geminus matris tue
ne obliuiscaris. Memēto q̄m nisi
per illos natus nō fuisses. ¶ Ter
tio virtute huius p̄cepti honozā
dus est pater spūalis. s. sacerdos:
ex eo q̄ dat homini nobili⁹ bonū
q̄ pater carnalis: q̄ dat gratiam
per sacr̄a ecclesie: vñ plus honozā
dus est pater spūalis q̄ carnalis:
ꝛ pluſq̄ oēs hoies mundi. De hac
paternitate dist. xc.c. Quis dubi
tet. quis dubitet sacerdotes xp̄i re
gum: p̄incipum: omniūq̄ fideliū
patres ꝛ magistros censeri? Si er-
go sunt patres regū: p̄ncipū ꝛ oim
dn̄oꝝ: cur nō honozantur ab istis?
Cur vilipēdunt? Sicut em̄ maledi-
citur filius erga patrem carnalē:
ita spūalem. Exo.xxj. Qui maledi
xerit patri vel matri morte morias-
tur. O seculares honozetis maio-
res vestros. ¶ Tertio rōne ꝛc. Cō
clusio p̄hi. ū. Thopi. Cuius finis
bonus est: ipsum quoq̄ bonū est.
Exempli gr̄a. Quanto finis artis
est nobilioz: tanto ars est nobilioz.
De caligario ꝛ aurifice. Quale est
officioꝝ dn̄oꝝ tp̄alium? Rn̄deo q̄
regere rēpub. iustitiā ministrare:
occupare se ad tēporalia. Officiū
sacerdotū est nobili⁹: qđ est habe-
re curam animarū. Jo.xxi. Simon
Joānis diligis me? ter dixit ei in-
terroganti q̄ sic: ipse dixit. Pasce
oues meas. cum ergo sit nobilius
officium sacerdotum q̄ dn̄oꝝ: m:
ideo honoz maioz debet eis. vñ ptz
primū. ¶ Secūdū dicitur ꝛc. Sa-
cerdotū ptās superat oēm mundi
potentiam fm Alber. super Luc.
Tres sunt potentie mundi quas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sacerdos superat sua potentia.
Prima est demonum.
Secunda est angelorum.
Tertia est marie.
¶ Prima ꝛc. Job.xli. Non est potestas super terrā que cōparetur ei. Apoca.ij. Ue terre ꝛ mari: quia descendit diabolus ad vos habēs iram magnam. Si daretur ei autoritas: posset aquas maris spargere super terram: subuertere mōtes: et alia magna facere. Hic est qui procurat omnia mala: omnia vitia: oia crimina. Dio.iij. de di. nō. Multitudo demonum est causa omnium malorum sibi et alijs. Dañ. li. sentē. ois malitia: ꝛ ois immūdicia a diabolo sunt excogitata: sed hanc potentiā superat sacerdos. Qđ patet sic. demon claudit regnū celorū peccatorib⁹ per peccatū: sz sacerdos sacramēta ecclesie ministrādo virtute claues ipsum celū aperit. vnde petro dictū fuit in persona oim sacerdotum. Mat. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. ꝛ Matth. xviij. Amen dico vobis: quecūqz alligaueritis super terrā erunt ligata et in celo. Et quod demon facit sua iniquitate hoc sacerdos absoluit sua bonitate. In huius figuraz vt dicit magr in. iiij. sentē. d. xix. sacerdotes cum ordinantur ab ep̄o recipiunt potestatē clauiuz ꝛ characterē q̄ character est q̄dā dignitas indelebilis. vñ talis casus ponit in iure. Qđ sacerdos a mortuis resurgens non amplius reuertitur ad suū bñficiū: nisi denuo restituatur: sed tñ eius dignitas semp manet. Et hoc ratione indelebilitatis characteris: iuxta illud. Tu es sacerdos in eternum. ¶ Scđo superat ꝛc. Unus angelus vt dicit Tho. in ij. in. j. parte. q. no. ar. iij. In. q. de malo. q. iij. ar. iiij. voluit totum firmamentum ꝛ singuli singulos celos ꝛ planetas: sed tñ non ita cito sicut sacerdos mouet regem celorum: de celo ad terraz: qui statim prolatis quinqz verbis. Hoc est em̄ corpus meum aperiuntur celi ad ipsius vocē: ꝛ christ⁹ descendit cū angelorum turba. Unde Gregori⁹ libro Dialogo. et ponitur a magistro in. iij. distin. xj. Quis fidelium dubium habere potest in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in illo ihesu xp̄o ministerio angelorū choros adesse summa ad ima sociari. Ille. ingestis anglox rex anglie duz quodam mane ad occupandum pergeret episcopo precepit vt ipsum ad missam expectaret. Episcopus in extasi ante altare eleuabatur ꝛ audiuit voces angelorum dulciter canentiū Kyrieel. Quē cantuz ep̄s in partibus illis docuit suis clericis canendū. In signū q̄ misse adsunt angeli. Uñ sta cū deuotione. Tertio superat potentiam maris: q̄uis virgo in se suscepit filiū dei: in quo erat diuinitas humanitati coniuncta: tñ tam cito sicut sacerdos: quia vt dr. Lu. j. fuerunt octo verba inter ipsam ꝛ angelum. Ecce ancilla dñi fiat mihi fm verbum tuū. Sacerdos autez in paucioribus verbis mouet verum corpus christi de celo empyreo vsqz ad terram scz in quinqz. Hoc est em̄ corpus meū. preterea virgo semel tm̄ recepit in se filiuz dei: sacerdos aūt toties quoties illa verba profert. Preterea est similis marie sacerdos. Sicut enim illa per quinqz verba. Fiat mihi fm verbum tuuz: concepit xp̄m: sic sacerdos. Et sicut post cōsensuz marie totus fuit christus in vtero ei⁹ sic prolatis quinqz verbis est tot⁹ christus in altari. Unde teneris

O homo vereri ipsum propter talem potestatē. Quod bene innuit pontifex qui pede sinistro coronaz ponit capiti imperatoris in signuz subiectionis: et seculari domino exhibēdus est honor cum pede sinistro: qz dñs huius vite qui per sinistrā designatur. Sacerdoti vero cū dextero: qz est dñs in spiritualibus. Sed non est sic. Exemplum Brixie de rectore veneto qui ante epm locum volebat. ¶ Tertiuz dicatur ꝛc. Tria sunt q̄ inducunt ad reuerētiam sacerdotum: siue tria sunt precepta que inducunt ad reuerentiam ꝛc.

Primum est diuinum.
Scdm est humanum.
Tertium est diabolicum.

¶ Primum est preceptū ꝛc. Eccl's vij. Honora deum ꝛ honorifica sacerdotes. Exo. xx. Dūs non detrahes. i. sacerdotibus. inquit Gloss. Esaie. lxj. Vos sacerdotes domini vocabimini mistri dei nostri dicetur vobis. ꝛ in Psalm. Nolite tāgere christos meos. ꝛ Grego. xj. qōne ij. Mauricio Imperatori. cap. sacerdotibus. In diuinis scripturis sacerdotes aliquando dij nuncupantur. Dūs non detrahes. Quid igitur mirum: si vestra ptetas dignetur eos honorare: qbus in suo eloquio honorem tribuēs eos: aut angelos: aut deos etiam ipse appellat deus. Ille. Preterea de christo qui leprosis dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus: in signum reuerentie. ꝛ de xp̄o Matth. xxvj. a seruo percussus respondit benigne: qz sciuit hoc esse de pontificis mēte. ꝛ de Aaron: qz vitulum fecit. vnde mortaliter peccauit. de penitētia nihil habetur tamen egit: sed nō est in scriptura ob eius reuerētiam. In signū q̄ sacerdotes sunt honorādi: iperatores hoc egerunt de theodosio impatore: vt dicitur in hystoria tripartita: qd cū apud thessalonicam occidisset octo milia nullo precedenti iudicio: ꝛ mediolanum venisset: ac templuz ingredi vellet; occurrit ei Ambr. dines scis miser quanta mala egisti: recede hinc. Ad propria est reuersus: cūq̄ octo menses transissent: ꝛ vellet iteruz ingredi: qz instabat dies natalis: iterum Amb. acriter reprehēdit: vnde cum pnia ipsum ingredi permisit in chorō: sed in ecclesia In Cōstantinopoli positus dum sacerdotes vellent ipsum in chorū conducere. respōdit per nomē sctm̄ dei nō ponā me in tali loco: qz est locus deorū sacerdotum. ꝓterea in hystoria scholastica legitur de Alexandro magno: cum capta gaza ꝛ tota grecia hierusalem vellet ire summus sacerdos pauidus orabat pro populo. Cui dominus: Ne timeas: sed vade ei in occursum pontificalibus indutus: ꝛ obuiam perge Alexandro sine timore: ꝛ tecum sit populus: cū Alexander ipsum videret de equo descendēs reuerentiā exhibuit: suis petentibus quare iudeorum sacerdotem honorauisset: respōdit: non hunc simpliciter honorau: sed illum cuius principatum tenet. Nā per somnium vidi deum meum tali habitu indutum: qui mihi promisit dñium Persarū se daturū.

¶ Secundum dz ꝛc. In decretis xj. q. j. c. sacerdotibus. De Constātino imperatore qui post susceptū baptisma studuit quantuz potuit honorare sacerdotes: cum quadā vice litem adinuicem haberēt imperatorem adeūt. Respōdit imperator prudens. Ite ꝛ inter vos causas vestras disponite: quia nō est dignum vt iudicemus deos nr̄os. Vocans deos. et dist. lxxj. ferē ille.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dixisse. Vere si oculis ꝓpriis vide
rē sacerdotē aut aliquez eorū qui
monastico habitu sunt cincti pec
canté chlamydē meā explicarē: et
eū cooperirē ne ab aliquo videre-
tur. Practica notabilis, O secula-
res qui ita lete mala de religiosis
dicitis: z cōtra eos scandalum su-
mitis audite q̄d dicitur. iij. q. j. ca.
nulli. dñm crucifigunt in suis sa-
cerdotib⁹ cū persequunt. Ille. In-
spice o secularis: inspice o hō zc.
¶ Tertium dī zc. Tēpore Remigij
epi cuz semel corpus xpi deferret
cuidā infirmo ei demon obuiauit
quē demon intuens se in terrā p-
strauit: postq̄ vero reuerteret: ite
rum illi demon occurrit genu fle-
ctēs. Cui dixit Remigius. cur pro
sternebaris ante nunc genua fle-
ctis? Respōdit demon. Primavice
deū meū protabas: nunc autem te
simpliciter honore genibus: quia
illius es minister: vnde cōcludi po
test per hoc exemplum q̄ diabolo
sunt peiores qui sacerdotes inho
norant. Summe ergo cū reueren
tia sunt honorādi: cum sint maio-
res omnibus hominibus mundi.
Unde. j. Pet. j. Vos estis gen⁹ ele
ctum: regale sacerdotium. et ps̄.
Ecce reges terre congregati sunt.
Reges sunt quia coronam habēt
quam habent triplici ratione.
Prima ꝓpter petri imitationem.
Scōa ꝓpter ipsoz distinctionē.
Tertia propter spiritualem signi-
ficationem.
¶ Prima ꝓpter zc. Cū antiochie
captus fuisset. z sibi primā missam
cātasset: ob christi iniuriā summi
tatem capitis abrasērunt: clerici
hoc videntes idem sibi fieri fece-
runt. Ecclesia seruare voluit in ho
norem q̄ sibi fuerat irrogatuz in
contumeliam. O sacerdotes q̄ co-
mas nutritis sicut seculares non
cōuenit vobis. Archiepus floren-
tie cum scutella comam rasit mul
toruz. ¶ Scōa propter zc. Voluit
deus sacerdotes ab alijs distin-
gui ad hoc signū: sicut olim popu
lum iudeorū ad signū circuncisio-
nis z vestimentorū. Nume. xv. Lo
quere filijs israel vt faciāt sibi fim
brias ꝑ quatuor angulos pallio-
rum. ¶ Tertia propter zc, Sicut
abrasio capillorū fit: ita debet fieri
in sacerdotibus vt nihil sit negō-
ciatiōis aut curie secularis: nisi tm̄
modo vacare cultui diuino: vnde
xij. q. j. rasio corone in capite signi
ficat depositionē temporaliū. De-
bet ergo sacerdos totus absorberi
in supernis: et omnem suam curā
ibi ponere: quod bene egit sanct⁹
Silvester: cuius festū colim⁹: dic
hic legendā tuo modo z breuiter.
¶ In circuncisione domini.

Octō cōsummati
sunt dies. viij. vt
circuncideret pu
er vocatuz est no-
men ei⁹ ihesus. Lu
ce. ij. quanta fue-
rit auiditas scōz
patrū veteris testamenti habendi
notitiā huius nois xpi nati: ptz si
diuinas scripturas inspicim⁹. vñ
Gen. xxxij. Jacob loquens angelo
dixit. Quo nomine vocaris? Qui rñdit.
Cur vis nomē meū. q. d. Sciri ad-
huc nō pōt. z Exo. iij. Mittes dñs
Moysen ad pharaonē ꝑ liberatio
ne ppli: sic dices inq̄t filijs isrl: qui
est misit me ad vos. q̄ est. s. potētie
infinite. De q̄ ps̄. Oia q̄cūq̄ voluit
dñs fecit: q̄ est sapiētie infinite. ad
Ro. xij. O altitudo diuitiaz sapie
z scientie dei: q̄ incōprehēsibilia zc.
Qui ē poti⁹ iustitie q̄ mie. Hiero.
de filio prodigo ad damasum pa-
pā. Ler q̄ppe iustitie tenar clemē
tiam non habebat: z sed quicunq̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adulter:fraudator: homicida: z vt breuiter dicã mortali crimine detinebat nulla venia penitẽtie laxabatur a crimine: oculũ pro oculo: dentẽ p dente:animã pro aia iubebat exoluere:sed misit deus filium suum natũ ex muliere:factũ sub lege qui austeritatem legis euãgelũ gratia tẽperauit. Ille. Qui est:scz iustitie q̃ luciferũ expulit de paradiso:q̃ diluuiũ misit in terram:qui ignẽ et sulphur zc.vñ dixit Alber. super Luc.qđ in testamentoveteri deus non dicit pater quasi miseri cors:sed deus quasi iustus et rigidus. vñ Moysi apparuit di. Ego sum deus zelotes.i.vindicte vindicans patrem z filiũ vsq̃ in tertiaz z quartã generationem:q̃ est ergo misit me ad vos. Uñ sctã mater ecclesia auida hui⁹ nois scire q̃ditionem z ꝓprietatẽ p multos an.clamauit.Canti.j.osculet me osculo oris sui.i.mihi notificet suũ nomẽ spõsus meus hodie autẽ circunci sus:hoc nomẽ sibi ipositũ est : vcz Jesus.Qđ diuinit⁹ fuit ipositũ ab Angelo vocatũ est nomẽ ei⁹ Jesus Jnqt Lucas:qđ vocatũ est ab angelo zc.Jesus.i.saluator:qz Matt. j.Ipse eñ saluũ faciet populũ suũ a pctis corum:hoc est illud nomen qđ a patre p gñationẽ eternam est datũ filio. Esa.lxij.Uocabitur tibi nomẽ nouũ:qđ os dñi nominauit hoc est illud qđ a prophetis est ꝓnunciatũ Abacuch.iij. Ego autez in gño gaudebo z exultabo in deo Jesu meo:hoc est illud qđ ob eib⁹ est desyderatum. Esa.xxvj. Nomẽ tuũ est desyderabile.Gen.xlix.Salutare tuũ expecta bo dñe: hoc est nomen excelsum.ps.Memẽto qñ excelsum est nomen eius.hoc nomen in terra diuulgatum. Act.iv. Vas electũ est mihi: vt portet nomen meũ coram gentibus z regibus et filiis israel:hoc est illud nomen qđ a Gabriele est ipositũ. Luc.j. Uocabis nomẽ ei⁹ Jesum. Uocatum est zc. De festiuitate hodierna tria sunt videnda de circuncisione Jesu benedicti.

Primum dicitur congruitatis.
Secundum dicitur conditionis.
Tertium dicitur significationis.

¶ Primũ dicit zc. Utrũ fuit cõueniens Christũ circũcidi?circa hoc due sunt opi.vna qđ sic:alia quod non:z ratio est.¶ Circũcisio data est in remedium peccati originalis:sicut nũc baptismus : sed christ⁹ nõ cõtraxit aliqđ pctũ:nõ originale: quia de spũsctõ Ecclesia canit. Et incarnatus est de spũsctõ. Non veniale.j.Pet.ij.qui pctm̃ non fecit: nec dolus inuẽtus est in ore eius. Jo.viij.Quis ex vobis arguet me de peccato:igitur nõ debuit circũcidi.Alia opin.qđ sic.qz Heñ.xvij. dicit.Circuncidet ex vobis omne masculinũ:vt legẽ z ipse impleret debuit circũcidi. Rñdeo fm Tho. in.iij.parte.q.xxxvij.ar.j.in.tiũ. di. j.art.ij.Alexan.de ales in.iij.vol. sum.z Ric.iiij.di.j.qđ omnino debuit circuncidi:et hoc quadruplici ratione in exemplum nostrum et documentum.

Primo ratione manifestationis.
Secundo ratione incitationis.
Tertio ratione liberationis.
Quarto rõne explificationis.

¶ Primo rõne zc. Ut ostenderet veritatem sue carnis.Fuerũt quidam hereticí de quib⁹.xxiij.q.iij. c.Quidam autem heretici:vt manichei z Valentiniani:z alij ꝓplures:qui dixerũt Christũ nõ habuisse verum corpus tractũ de maria virgine:sed illud attulisse de celo z habere corpus fantasticum. Machometus voluit Christum non vere pati in cruce : sed fantastice.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

O infamis. Christus aũt vt ostenderet veritatẽ sue carnis: z habere corpus verum z nõ fantasticũ voluit circũcidi: z sanguinẽ suũ a loco carnis emittere: quod nõ potest emittere corpus aereũ et fantasticum. Figurate ponit Exo. x. vbi dicit qđ deus misit Moysen ad populũ Israel in egypto vt eos liberaret de manu Pharaonis: et vt daret sibi maior fides a Pharaone qđ esset verus ambasiator: cuz esset ante Pharaonẽ misit manũ suam in sinu z extraxit leprosam: z sic ostẽdit se verũ nunciũ. Moraliter Christ⁹ verus nũcius missus a patre de celis ad nos vt nos liberaret de manu diaboli: vt credere tur verus messias nr̃: et verus hõ nobis similis posuit se in vterum virginis: z leprosum se ostẽdit z infirmũ et similem vni pctõri: ppter carnem quã assumpsit: z circũcidi voluit. vñ Esa. liiij. Putauimus eũ qsi virũ leprosuz: z pcussum a deo z humiliatũ. Fecit christ⁹ hodie in hac circũcisione vt facit bon⁹ mercator q̃ venies ad nũdinas: z inueniẽs bonã mercãtiam emit eã: sed solũ soluit partẽ ptiũ z dat arram. christ⁹ bonus mercator veniẽs in hoc mundo inuenit bonã mercantiam, s. aiam nostrã: sed non soluit totũ pretiuz: sed partẽ vt hodie: qz cepit sanguinẽ emittere: sed in die parasceues totũ soluit in ara crucis: qz ex omni pte sanguis scribat. O diuina bonitas. Figura Leui. xiiij. ꝓceptũ erat in lege qđ vn⁹ leprosus qñ mundari debebat a lepra: vt tẽplũ posset intrare: qđ accipere t passerẽ z de ei⁹ sanguine tingeret lignũ cedrinũ z sic liberabatur. Ad ꝓpositũ. christ⁹ volẽs nos mundare a lepra peccati: vt posse mus ingredi vitam eternã: de sanguine suo tinxit lignũ crucis. Vñ querit dubiũ. Utrum sanguis iste hodie fusus fuit sufficiẽs ad redimendũ gen⁹ hũanũ? Dic q̃ sic ꝛc. ¶ Secundo rõne ꝛc. vt nos incitaret in ei⁹ amorẽ. in. j. Macha. vj. legit qđqñ volebant pugnare habebãt elephãtes z eis ostẽdebãt sanguinẽ vue et mori. i. vinũ rubeũ vt eos incitarent ad bellũ. tho. super Job. xl. lec. ũ. dicit qđ elephas est aial pigrũ z forte: z ad multa erudit̃ per vim estimatiuã. Uñ incitat ad bella p colorẽ rubeũ. Preterea dicit Joã. xxxviij. Quis dedit gallo intelligentiã? Tho. sup Joã. intelligentia in gallo vocatur naturalis estimatio: qz sicut i horis determinatis noctis canit: ac si intelligeret distinctionem horarum noctis. Tres eñ vigilias facit. ¶ Primo circa principium noctis: vnde tarde cantat. ¶ Secũdo in nocte media magis frequentat. ¶ Tertio cito canit. Et rõ est: qz q̃to res vna plus se primat suo principio plus gaudet. Lux est p̃incipiũ oim aialiũ. Uñ ola plus gaudẽt de die q̃ de nocte excepta noctua q̃ solez non patit. Galluscito canit: qz lux appropinquat. Alex. magn⁹ in arca vitrea ipsum voluit cũ cane et catta. Canis vt ederet sterc⁹: catta ppter flatũ: z gallus ppter horas. Ad ꝓpositũ. Ex vi estimatiua incitat elephas ppter colorem rubeũ. Christ⁹ vidẽs nos pigros esse et negligẽtes in amore suo hodie nobis ostendit sanguinẽ suum in effusione mẽbri: q̃si diceret nobis. O filioli mei: amorẽ quem habeo ad vos nõ possum ostẽdere nunc: qz paruus sum. s. viij. dierũ: sed facio qđ possum: quia vobis mitto a corpore meo sanguinem meuz: vt vos incitẽ ad bñ operandũ: sed in die veneris sctẽ clare ostẽdam ꝛc. ¶ Tertio rõne ꝛc. Cõclusio é tho.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in.iiij.di.j.ar.ij.z Hugo.de sctō victore qđ per pctm primi hois originale pctm est transfusum in homines ita vt oēs qui nascunt etiā modo nascantur cū originali: propter qđ oēs erant in ptāte diaboli et qñ moriebant oportebat q oēs irēt ad infernū. Volēs aūt deus qđ merita sctōrum hoium non perderentur inuenit remedium contra istud peccatum: ita qđ non ibant in infernum: et hoc fuit in oī lege. Que remedia fuerūt q̄nq̄ in lege nature. ¶ Primum remediū fuit oblatio: que incepit quidē ab abel z durauit vsq̄ ad diluuium. Geñ. iiij. vbi dicitur qđ abel obtulit deo de primogenitis gregis: z de onib⁹ eorum. ¶ Aym vero de fructib⁹ terre. ¶ Scōm remedium fuit sacrificiorum imolatio. Et hoc incepit a Noe z durauit vsq̄ ad abraam. Ge.xviij. ¶ Tertium fuit decimatio: z hoc incepit ab abraā: et melchisedech. Gene.xiiij. ¶ Quartum fuit circuncisio in lege scripta. Gene.xvij. circūcidet ex vobis omne masculinum. ¶ Quintum fuit baptismalis sacra regeneratio: z tūc incepit i lege gratie qñ xp̄s venit. Et sic ptz ratio quare fuit conueniens circūcidi. Sed hic duo quērunt dubia pulchra. ¶ Pulchrum est hoc dubiū. Quare mulieres nō circundebantur: sed viri? Rñdet Tho. in.iiij.di.j.q.ij.ar.ij. qr pctm originale descendit a patre in filios: z non a mre principaliter: qr pr̄ est cā efficiēs in ghatione: z mater materiā ministrat. circuncisio data est ꝫ originale pctm ad tollēdum culpā que est a viro. Et q̄uis transgressio a femina inceperit: tñ cā trāsfusionis pcti originalis nō fuit femina: qr si vir non peccasset originale trāsfusum nō fuisset. Jō apls. p vnū hominē ꝛc. Hec Tho.

¶ Scōm dubiū: quare magis in membro ghatiuo fiebat hec circūcisio q̄ alibi? Respondet Tho. in iiij.di.j.q.ij. arti.ij. Alexan. in.iiij. volu. sum. et Ric. in.iiij. in declaratione litere. Medicina datur z dari dz vbi est infirmitas. Facetia de medico grosso. Qui cuidam habenti in oculo festucam voluit medicus ad curationem dare in clystērium. Et ille. Magister non habeo malū inferius: sed in oculis. Erat grossus. Ad ꝓpositum. Debet circuncisio fieri in loco illo: quia per actum generationis contrahitur peccatum originale et hoc in loco illo. vñ debuit esse in illo loco medicina vbi maxime est infirmitas. In hui⁹ signū. Geñ. iij. Adam post pctm cum vidisset se nudū cōsuit folia fic⁹: qr ab illa parte rebellabat rōni. Ille. Et sic patet rō quare voluit circuncidi. ¶ Quarto rōne ꝛc, vt nobis exēplū circuncidendi daret spiritualiter hodie: vt ipse materialiter. Primo circuncidere oculos ne videāt vanitates. vnde Dauid. Auerte oculos meos ꝛc. O quot mala procedunt ex oculis Treñ.iij. Oculus meus depredat⁹ est animam meā. ¶ Secundo aures ne audiāt inhonesta. Legitur qđ serpens qñ audit incātatorem ponit aurem vnaz in terra: in alia caudā ne audeat incātatorē: sic hō ne audiat mala de proximo. Eccl. xvij. Sepi aures tuas spinis ꝛc. ¶ Tertio os nr̄m ne loquat malum de aliqua persona: aut dicamus v̄ba ihonesta: qr vt dr prouerbi. xviij. Lingua tertia multos cōmouit. z Dauid. Posui ori meo ꝛc. prouerb. xviij. Mors z vita in manu lingue. Apis nunq̄ descendit nisi super aliquos pulchros flores ad comedendū: sic p̄sona bona nō nisi ꝛc. ¶ Quarto gustus ne com-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

edamus vltra necessitatem ꝛc.p⁹ uerb.xxix. Qui delicate nutrit ser⁹ uum suū postea sentiet eum cōtu⁹ macem. Accipiter nunq̄ descēdit ad predam nisi quando famescit: ista ꝛ homo comedere nō debet ꝛc. ¶ Quinto tactus ne alienum tan gat. Deut.xxj. Radet cesariem: cir cuncidet vngues. In oib⁹ his sen⁹ sibus christus circuncisus est. Pri mo in oculis qꝛ fleuit quinquies. Primo in natiuitate. Sap̄.vij. Pri mam vocem similem omnib⁹ emi⁹ sit plorās. Secūdo hodie. Tertio super hierusalē. Quarto super la⁹ zarum. Quinto in cruce. Secūdo circuncisus est auribus. Joan.xix. Aue rex iudeorū: et dabant ei ala pas. Tertio in pedibus et mani⁹ bus. p̄s. Foderunt ꝛc. Quarto in gustu. p̄s. Potauerunt me aceto. Quinto in olfatu: qꝛ in caluarie lo co ꝛc. Et tu fac silr: patet primum. ¶ Scōm principale ꝛc. Postq̄ vi⁹ sum est de circūcisione. Nūc vero de nois ipositione: qꝛ conclusio est phi.iiij. Me.ꝛ instit. de nouationi⁹ bus. §. est et aliud. et.xij.q.j.c. cle⁹ ricus. de p̄bendis et dignitatib⁹. c. cū fm aplm. Nota imponunt a p⁹ prietatibus rerū ꝛ Tho.iij. par. q. xxxvij. art.ij. Quatuor modis no⁹ mē iponit vel a pre: sicut imponit nomē alicuius sctī: qꝛ in tali festo nat⁹ est: vel a cognatione sicut cū filio imponit nomen pris. Vel ali cui⁹ de cognatione ei⁹ vt ppinqui Jo. bap. qui nomen pris zacharie volebāt imponere. Vel ab euētu; vt sicut Joseph vocauit primoge⁹ nitū suū Manassem, Gene.xli. di. Oblitus ci me fecit deus omniū la borū meorū. Vel ex aliqua quali⁹ tate ei⁹ cui nomē imponit: vt dicit Gen̄.xxv. qđ Esau erat rufus tot⁹ de egressu matris sue. Un̄ vocatū est nomen eius Esau: qđ interpre⁹ tat rubeus. Nota autē q̄ iponunt aliquibus diuinitus semp significant aliqđ bonū gratuitū eis diui nitus datū: sicut Gen̄.xvij. Dictus fuit Abrae. Appellaberis Abrahā qꝛ patrē multarū gentium te ꝙsti⁹ tui. ꝛ Matt.xv. Dictū fuit Petro. Tu es Petrus: ꝛ super hanc petrā edificabo ecclesiam meam: qꝛ hoc nomen Jesus fuit nomē diuinum ideo ab angelo impositus fuit: qđ est tante excellentie qđ sup oia no mina tres in se habet cōditiones. Prima est nomen honoris et excel lentie.

Secunda est nomen amoris ꝛ be⁹ niuolentie.

Tertia est nomen valoris ꝛ omni⁹ potentie.

¶ Prima est ꝛc. Quod ostēdit apo stolus ad phil.ij. Dedit illi nomē qđ est sup omne nomē: vt in noie Jesu omne genu flectat: celestium terrestrium ꝛ infernorum. Si possi bile esset ire ad paradisum ꝛ quis clamaret. O Jesu: oēs se incurua⁹ rent. Sic dico de damnatis. Et q̄⁹ to magis nos in vita debem⁹ hoc nomē honorare. ab Urbano papa dant.xxx. dies indulgentie si quis caput inclinet ad hoc nomen. Et fm canones qñ hoc nomen in ec⁹ clesia nominat semp debet caput inclinari. Un̄ dauid. Laudabo no men dei ꝛ ma. eū in laude. Et p se o Gabriel: qꝛ vt dicit Act.iiij. Non est aliud nomen sub celo datum hominib⁹ in quo oporteat nos sal uos fieri. O nomē glīosum vñ pro cessit totius mundi cōuersio. Rñ det Ber̄n. de Jesu p̄dicato: merito dr Jesus. i. saluator qꝛ vt dr Mat. j. Ipse enim saluū faciet populu⁹ suum a peccatis eorū. Apli totum mundum cōuerterūt hoc noie: vt Paulus ꝛ Petrus romam ꝛc. Ubi dicit Tho. in. iiij. di. ij. qđ apli per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multū tpis baptizauerunt in forma Jesu venturi. Qđ factum fuit ex instinctu spiritussancti: vt hoc nomē in cordibus fidelium infigeret. vñ ptz prima. ¶ Scda cōditio ꝛc. Quid dicis O Jesu? Nomē tuū et memorabile tuum in desiderio est aie mee. et Ber. Hoc nomē Jesus est mel in ore: iubilus in corde. Exēplo patet de Jgnatio martyre qui in tormentis positus hoc nomen assidue personabat: a quo cū pagani quererēt: quare iceſſanter hoc nomen inuocaret? Rñdet q̄ i corde suo scriptū habebat qđ oblivioni tradere non valebat. ¶ Cum esset mortuꝰ inuenerūt cor in quo sculptū erat literis aureis Jesus. Pauli capite abscisso ꝛ a corpe separato tres saltꝰ fecit clamans ter Jesus: vbi tres fecit fontes: preterea in epłis suis q̄ngentis vicibus ipsum nomen iesus nominauit: ꝛ sic patet. ¶ Tertia conditio ꝛc. In virtute huius nois nihil nociuum sit homini. ad ro. x. q̄cūq̄ inuocauerit nomen dñi saluus erit. Recitat magr̄ hystoriarū q̄ virtute huius nois Dio. ad fidem est conuersus. Cum quidā cecus corā ppło ꝛ Dionysio athenis duceretur dixit Diony. Paulo si direris huic ceco in noie Jesu vide et videbit: ꝛ ego credā statim? Et paulꝰ rñdit. Sum cōtentus. et dio. scripsit hec verba dans paulo. Jn nomie iesu nati crucifixi mortui q̄resurrexit ꝛ ascendit in celū vide. Dixit ꝛ vidit et dio. cōuersus est ad fidem. Dreterea Act iiij. Quidā claudus ab vtero mr̄is vidēs Petrū introeuntē in tēplū petūt eleemosynaz. cui Petrus. Argentū ꝛ aurum ꝛc. surge in noie iesu: ꝛ ilico sanatus est. Dreterea Gre. in. iij. li. dial'. de illis q̄ vagās acceperūt ad p̄ceptū abbatis Jsaac. in. j. lib. de monacha ortulana q̄ serpēti precepit vt ortū custodiret ꝛc. Jnn. in. iij. li. de Sauino placētino qui pado precepit ne terras ecclie inuaderet: de sctō Vincētio nr̄o q̄ sup egros ꝛc. Sic ptz scdm. ¶ Tertio dī ꝛc. Hoc nomen iesus cōponit ex quinq̄ lr̄is. Sicut etiā nomē virginis: q̄ signāt q̄nq̄ bn̄ficia q̄ recepit genꝰ humanum per ipsum nomē gloriosum. ¶ Prima litera est J. id est ianua celorum: q̄ per ipsum regnū cel̄ acquirimus ꝛ in ip̄m ingredimur. Unde ipse dicit Joan. x. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur. Exēplo ptz. Cū quidā esset assuetus q̄n dormitū ibat: et q̄n de lecto exibat dicere. Jesu nazarene rex iudeorū miserere mei. O bona oratio. ꝛ tria signa facere crucis: orauit deū vt daret ei hanc gratiā vt nō permitteret eū ex hac vita migrare sine cōtritione: cum subita morte preoccupatus esset: ꝛ demōes vellēt eū rapere: vir q̄dā clamare cepit. Non faciatis non faciatis. Dū quererēt q̄re? rñdit. Quia in deuotione habuit nomē iesu. vnde ptz. ¶ Scda lr̄a est. E. id est exēplar corruptorū: q̄ iesus fuit exēplar corruptorū. Dñ scis o ciuis q̄ q̄n scriptor hz libr̄ū corruptum oē q̄ scribit erit corruptum. ad ꝓpositū. Deꝰ dedit hoi a principio mūdi libr̄ū vnū qui debebat esse exēplū totius mūdi: ꝛ iste fuit pater noster Adā qui nos instruere debebat sicut pater filios. Sed malus scriptor. i. demon ip̄m falsificauit, s. hunc libr̄ū. Unde ois qui post eū venit fuit corruptus. vnde dauid. Corrupti sunt ꝛ abominabiles ꝛc. Et apostolus. Omnes peccauerūt. Videns aūt deus totum mundū corruptū misit nobis exēplum verissimuz: ad qđ possemus corrigere vitam nostrā: ꝛ hoc fuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jesu nate:iesu cese:iesu crucifixe. O exẽplar ꝛc. Si es superbus respice:q̃ est humilis. Si auar⁹ respice:quia est largus ꝛc. ¶ Tertia litera est. S. i. scutum bellatorum. Homo in presenti vita est i bellis assiduis. Jn p̃s. lv. Multi bellantes aduersum me: sed deus misit scutum cum quo possum⁹ pugnare:scilicet iesum. De quo in p̃s. Jn nomine tuo spernemus insurgentes in nobis:cum hoc scuto ibant apostoli gaudentes a cõspectu cõcilij:q̃m digni erant pro nole Jesu cõtumeliam pati. Act. v. ¶ Quarta litera est. V. i. vita mortuorum per peccatum primi hominis duplicẽ mortẽ incurrimus:aie et corporis. ab hac duplici morte nos iesus dulcis liberauit. Primo a morte aie:q̃ p nobis mortuus est. Jo. x. Aiam meã pono p ouib⁹ meis. Cãta. in cantu mẽse. Scõo a morte corporis. Jo. xv. Ego suꝫ resurrectio ꝛ vita:q̃ credit in me etiã ꝛc. ¶ Quinta litera est. S. id est sanitas infirmoꝝ. Quando puer infirmatur grauiter:medic⁹ parat medicinam amaram: nec dat puero: q̃ eam non sumeret rõne amaritudinis:sꝫ dat nutrici:quia est fortis ad ipsam suscipiendã: ꝛ virtus medicine trãsit ad mãmillas ꝛeffi citur lac:et illud lac retinet ꝟtutẽ medicine:ꝛ puer suggendo vbera recipit ꝟtutẽ medicine:ꝛ sanatur. Ad ppositũ. Oẽs eram⁹ infirmi pecato. p̃s. Miserere mei dñe q̃m infirm⁹ sum. sꝫ medicinã pnie nõ poteram⁹ sufficere:q̃ amara:sed nutrix nr̃a. i. iesus xp̃s istã medicinã s. mortẽ p nobis sustinuit: ꝛ sãguinẽ p nob̃ fudit:qõ fecit sex vicib⁹.

Primo hodie.
Scõo in oratione in orto.
Tertio in flagellatione.
Quarto in coronatione.
Quinto in crucifixione.
Sexto in lanceatione.

¶ Esa. liij. Vere lãguores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Exemplũ presbyteri qui cum iudea negotiũ habens parẽtes in ecclesia in sabbato sancto volẽtes ip̃m vituperare:presbyter nomẽ iesu implorauit:et oẽs sunt ceci effecti ꝛ muti:o Jesu ꝛc.

¶ In epiphania domini.

Vidimus stellam eius in oriente:et venimus adorare eũ. Matth. ij. Quam digna sit laude ꝛ cõmẽdãda ꝛ honorãda ꝛ triũphosa apud oculos mortales hodierna solẽnitas clare ostẽdit si oculo intellectuali inspicimus stupẽda ꝛ grandia miracula ꝛ excelsa ꝛ alta mysteria: q̃ sunt in ea cõsummata. Vbi ꝑm docto. tribus vocabilis decorat. Primo epiphania. Secundo theophania. Tertio bethphania. Prio epiphania ab epi qõ est supra:ꝛ phanos apparitio. Quia hodie. xiij. die stella apparuit magna que xp̃m natũ illis ostendit ꝛ manifestauit. Mat. ij. vidimus stellã eius in oriẽte. Scõo theophania a theos qõ est deus ꝛ phanos apparitio:quia hodie revolutis. xxx. annis fuit baptizat⁹ xp̃s a Joã. bap. in iordane in quo apparuit trinitas. Pater in voce. hic est filius meus dilectus. Mat. iij. Filius in carne. Spũssanctus in specie colũbe. Tertio bethphania: a beth qõ est domus et phanos apparitio:q̃ revolutis. xxx. et vno anno ad nuptias fuit inuitatus. Jo. ij. vbi aquã mutauit in vinum. de q̃b⁹ miraculis vꝫ his tribus dixit maxim⁹i sermõe hodierno. Hodie saluator celestib⁹ osten

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

us indicus a Chaldeis est adora tus. Hodie christ⁹ beati ioānis mi nisterio fluenta Jordanis benedi ctione ppriū baptismatis cōsecra uit. Hodie inuitat⁹ ad nuptias di uinitatis sue potētiā manifestans aquā mutauit in vinū: aquas q̄s sanctificauit in baptismo: nobili tauit in nuptijs. Tria quidez hec mysteria vnius diei per mundum dignatio trinitatis impleuit. alle. De istis trib⁹ miraculis canit ec clesia in hymno. Ibant magi quā viderāt ꝛc. De scō. Lauacra pu ri surgitis ꝛc. De tertio. Nouum genus potentie ꝛc. Et q̄ hodie de primo miraculo festuz agimus. s. de stella: assumpsi verba. Uidim⁹ ꝛc. De celebritate hodierna tria denotissima mysteria occurrunt contemplanda.

Primum dr manifestationis.
Secundum dr inuestigationis.
Tertiū dicitur adorationis.

¶ Primū dr ꝛc. Dubiū queritur. vtrū xpi natiuitas sit conueniēter manifestata? Circa h̄ due sūt opi niones. Una qd nō: alia q̄ sic. Pri ma q̄ nō: quia fuit occulta cuz de buit esse manifesta: ratio est ista. Deus pl⁹ inclinat ad miam q̄ ad iustitiā. de pe. di j. Qr diuinitatis natura. i. c. multiplex. 2. C. de nup. l. imperialis. Jaco. ij. supereraltat aūt mia iudiciū. Ad ppositū nr̄m duo fuerūt aduētus in mūdo. Pri mo aduētus misericordie. s. incar nationis. Scdo aduētus iustitie: scz iudicij vl̄is. Aduentus iustitie oibus erit manifestus. p̄s. Deus noster manifeste veniet. igitur de buit esse manifestus aduētus mi sericordie. s. incarnationis: sed nō fuit: igitur ꝛc. ¶ Scda opi. dicit eē congrue factum: vt. s. esset occult⁹ 2 secretus: 2 hoc fm Tho. iij. par. q. xxxvj. arti. j. duplici ratione.

Primo ratione curationis.
Secundo rōne perditionis.

¶ Primo ꝛc. Cum em̄ Adam pec casset: intellexit demon diuinū ver bum esse incarnādum p humano gn̄e: et se expoliandū de lymbo. et hoc q̄dē sciuit p scripturas: sed tn̄ ignorabat tp̄s. Uidēs aūt āgelos canēres: pastores adorātes: boues 2 alia venerātes: ipsum aggres sus est in deserto ip̄m tēptans. Pri mo de gula. Si fili⁹ dei es. Scdo de vana gloria. Si fili⁹ dei es: mit te te deorsum. Tertio de auaritia. Si cadēs adorueris me. Cui re spōdit xp̄s. Uade sathana. Nō tē tabis dominū ꝛc. Preterea vt dicit Tho. in. iij. di. xx. Demon non no uerat diuinitatem xp̄i: sed confite batur suspicādo. Un̄ ip̄z tentauit in cruce volens experiri an esset messias. vn̄ Jo. xiij. De seipso lo quitur di. Uenit enim princeps ꝛc. 2 vt dicit Chrys. demones nūq̄ ha buerunt de aduētu xp̄i firmā no titiā: sed quasdā cōiecturas. Jam cōclude rōnem. Si ergo xp̄i natis uitas fuisset oibus manifesta: per p̄ns 2 demoni fuisset nota: 2 sic fuis set impedita redēptio nr̄a p ipsuz demonem. vn̄ nō debuit oibus ꝛc.

¶ Scdo rōne ꝛc. Cōclusio é Tho. iij. pte. q. xxxvj. ar. j. q̄ de⁹ pūssim⁹ nō debebat impedire illud per qd genus humanū debebat liberari: debebat aūt liberari per sanguiné 2 passionē xp̄i: qvt dicit Hiero. in epla quadā. Sanguis xp̄i fuit cla uis paradisi. Et ideo si fuisset iu deis natiuitas xp̄i manifestata: im pedita fuisset redēptio nr̄a que fa cta est p xp̄m. Qr iudei nō posuis sent manus suas in xp̄m. vn̄ epls j. Cor. ij. Si cognouissent nūq̄ do minum glorie crucifixissent. 2 Act. iij. Scio fratres q̄ p ignorātiā hoc feciſtis. Super quo dicit Hico. de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ly.q̄ in ppō iudeoꝝ aliqui erāt minores: vt rustici ꝛ vulgares nō intelligentes scripturas. Isti non cognouerūt christū nec quo ad diuinitatē: nec quo ad humanitatē: quia licet agnouerunt ipsum esse verū hominē: non tamē esse xp̄m a deo missum. Tales iurta apostolum si cognouissent nūq̄ dn̄m glorie crucifixissent. Maiores autem agnouerūt ip̄m esse verū pphetā a deo p̄missum: nō tn̄ agnouerunt ip̄m esse deū. ꝛ p̄m hoc loquit̄ autoritas ap̄li. si cognouissent ꝛc. q. d. Hunc̄ agnouerunt eius dignitatem: sed tn̄ nō excusantur: quia viderūt plura signa demonstrātia ip̄m esse deū: vt cecos illuminare ꝛc. Que ola dabāt intelligi ipsum esse messiam: ꝛ verū deū ac creatorez. Ad ppositū. Debuit ergo paucis ꝛ non omnibus natiuitas xp̄i manifestari: precipue istis magis: de q̄bus aliq̄ videam⁹. Nato xp̄o in Bethleē regnāte Herode in iudea eadem hora apparuit stella magis sup montē victorialē. In q̄ tres magi adorabāt. Fuit em̄ prophetatū per quēdā astrologū noie Balaā de hac stella Nume. xxiiij. Qui in morte posit⁹ dixit discipulis suis. Orietur stella ex Jacob. ſ. de terra p̄missionis: ꝛ cōsurget vir ga de israel. Sto. de israel. ſ. hierusalem exiet messias. Discipuli autem istius Balaā post eius mortē ordinauerūt. rij. horas q̄ oī anno ex eis tres deberēt obseruare stellam hāc: ꝛ steterūt sup montez victorialē p̄ tres dies ꝛ noctes: vnde orabāt. O deus celi qn̄ veniet ista stella. In nocte aūt qua natus est apparuit eis q̄ erāt tunc in monte illo. Nz nota: q̄d de ista stella tres sunt opi. vt ponit Tho. iij. parte. q. vbi. ꝑ ¶ Prima q̄d ista stella fuit spūssanctus q̄ sicut appuit pastoribus in specie angeli: ita istis magis in specie stelle. ¶ Scda opi. q̄ fuit xp̄s q̄ appuit eis i forma pueri: ꝛ allocut⁹ est eos dicēs. Jte cito in ptib⁹ iudee: ꝛ inuenietis messiā nostrū. ¶ Tertia opi. est: ꝛ ista est verior q̄d fuit de nouo creata q̄ officio pacto redacta ē in p̄iacētē materiā: q̄ ab alijs differebat i sexpt ponit Tho. iij. parte. q. vbi. ꝑ. et Hico. de Ly. in cuāge. hodierno.

Primo in natura.
Secundo in situ.
